IX 6 לםרבה *ad multiplicandum*. Nonnulli codices למרבה cum *mem* ordinario, Kennic. 4, 72, 80, 96, 106, 108, 181, 297, 342, primo 50, 130, 139, 245, forte 30, 176, 178, mei 1 in Aphr., 6, 340, 486, 507, 543, 594, 656, 825, 868, primo 262, 596, Isaias Veron. 1652, Talmud Babylonicum, ac Rabbot.. Plurimi codices sistunt ad marg. Kerì למרבה, mei fere omnes, ac hispani ipsi praestantioris notae. Purum librariorum mendum putat Morinus in Praefat. ad *Opuscula hebraeo-samaritica*, et scriptum olim duobus verbis לם רבה. Hoc idem contendit Elias Levita, et Talmudistae in tractatu *Sopherim* cap. VII hanc dictionem inter eas enumerant, quae scribuntur ut duae, leguntur ut una. Ac lectionem hanc antiquam, quam nullus servat Kennicottianorum codicum, aperte habet meus 2, nunc 262. Ext. 91 legebat primo לם רמה. Sed iidem Talmudistae sibi contradicunt. Nam in tractatu *Sanhedrin* (*Excerp.* Cocceii pag. 324) quaerunt quare cum omne *mem* in medio vocis sit apertum, hoc solum clausum sit? Exemplaria ergo interrogantis Bar Kiphrà, et respondentis R. Tanchum junctim legebant, et cum *mem* clauso. Conf. Norzius, Henricus Michaëlis in notis ad Biblia Hallensia, et Cappellus *Crit. sacr.* p. 198 et 199 editionis Halensis.

IX 7 אדני *Adonai* — יהוה *Jeodh*, codices quamplures utriusque collationis, Biblia Soncinensia, Brixiensia, ac Prophetae Soncin. 1486.

IX 8 וידעו *Et cognoscent* — וירעו *Et pravi fient*, vel *facti sunt*, cod. Kennic. 96. Probat Houbigantius, improbant omnes veteres.

IX 10 צרי *inimicos Resin* — שרי *principes Resin*, Kennic. cod. 2, 23, 30, 72, 168, 172, 187, 245, 342, 452, 477, 494, 514, 606, 607, 632, primo 254, 359, 403, 535, 541, forte 178, 250, 357, 539, 571, 576, nunc 2, צ sup. ras., seu iterum primo 1, 67, 82, 89, 141, 425, 434, 540, 546, mei 2, 380,

554, primo 663, 737, 815, nunc 24, 226. 815 habet ad marg. צרי ק׳. » Vaticinatur Propheta contra regnum Israel ... Ergo expectatur ut dicat Propheta *suscitabit Dominus contra eum duces Rasin* שרי רצין, non autem *hostes*. Sententiam talem flagitant haec quae post veniunt, *ab Oriente Syrum*. Num enim Syrus ab Oriente erat regni Rasin, qui Rasin rex Syriae erat? Sed erant ab Oriente regni Israel Syri, ut sole clarius sit legendum שרי *principes*, aut *duces Rasin*, quamquam nemo interpretum veterum sic legebat ». Haec Houbigantius, quem sequitur Doederleinius. » Solvit, subdit hic, orationis nodum, quem vulgaris lectio implicat. Nam, si Rezini hostes Israelitas aggressuri sunt, quomodo Rezinum, idest Syros iisdem inhiare dicat commate sequenti »? Praeclare Targ. ms. cod. mei 737 ית סנאי ישר׳ רצין *inimicos Israel Resin*.

IX 12 עד המכהו *usque ad percutientem illum* — עד המכה *usque ad percutientem*, codex meus 715 priori manu sine suffixo, quod praefixum ה demonstrativum non patitur.

IX 13 יום *die* — ביום *in die*, Kenn. cod. 30, 72, 149, 150, 168, 182, 250, primo 1, 91, mei 4, 187, 715, 789, primo 226.

X 1 החקקי *statuta* — חֹקְקֵי *statuentibus*, Biblia Soncinensia 1488. Confer. Michaëlis *Bibl. or.* T. XIV p. 136. In cod. meo 211 aderat sub ח alia vocalis abrasa. Pro החקקים, cod. meus 226 primo, et ut videtur 295 המחקקים.

X 2 עמי *populi mei*. Multi codices vitiose עמו *populi sui*, et Kennicottus qui citat nunc 258, intelligendus de suo exemplari Prophetarum Soncinensium seriori manu corrupto. Meum aperte עמי.

X 4 בלתי *non*. Legi vult Houbigantius לבלתי *ad non*, vel *ne*, et ita legit cod. meus 596 primo.

X 5 ומטה הוא *et virga ipsa* — ומטהו *et virga ejus*, cod. Kenn. 17, 93, 158, 187, 228, mei 2, 380, 663, primo 20. In 2 notata ad marg. alia lectio.

X 13 שושתי *depraedatus sum*. Quamplures codices שוסתי cum ס, ut verbum hoc scribi solet, multi שוסיתי, inserto *jod*, alii defective שסתי, quibus adstipulantur Biblia Soncinensia. Vers. 14 לחיל *fortitudinem*. Codices nonnulli לכל *omnes*. Ex quinque Kennicottianis 246 ita legit prima manu, iisque accensendus ex meis 715.

X 15 את מרימיו *extollentes ipsam* — ואת *et extollentes ipsam*, Kenn. cod. 2, 17, 23, 24, 25, 67, 82, 91, 93, 94, 99, 100, 101, 102, 112, 128, 130, 139, 144, 145, 154, 155, 158, 168, 172, 178, 195, 198, 225, 226, 228, 230, 242, 245, 249, 601, 687, primo 89, nunc 1, 150, 176, 182, codices mei 1, 2, 3, 23, 24, 25, 27, 174, 210, 295, 305, 413, 463, 509, 512, 545, 576, 579, 663, 667, 715, 737, 782, 789, 824, primo 196, 304, 319, 380, 554, 815, nunc 187, 211, 575, Biblia Brixiensia, Antiqua in fol. sine anno et loco, Complutensia, Veneta utraque 1518, Veneta 1521, Munsteri bina hebraeolatina 1534, 1546, Parisiensia Roberti Stephani in 4., Hamburgensia Hutteri 1587, Veneta 1678, Ven. 1690, Veneta 1730, Veneta 1739, Mantuana cum Norzii notis 1742, Veneta 1766, Liburnensia 1780, Pisana 1781, Prophetae posteriores Soncinenses, Pisaurenses 1516, Pisaur. 1520. Kenni-

cottianis adde ex Bibliis Halensibus Erfurtensem 5. Meus 737 primo מרימיו.

Idem את מרימיו *extollentes ipsam* — על מרימיו *contra extollentes ipsam*, cod. Kenn. 72, 206, 250, meus 4, primo 575, uterque hispanus, Syrus, Vulgatus, nec aliter sine dubio legendum juxta Houbigantium, ut antea על החצב. Sed Syrus, et Vulgatus verbum habent in singulari.

Idem מרימיו *extollentes ipsam* — מרימו *extollentem ipsam*. Ita saltem defective Kenn. cod. 17, 158, 172, 178, 228, mei 2, 380, 663, primo 596, nunc 737, Syrus, Vulg.. Pro praecedenti כהניף *ut agitat*, cod. Kenn. 30, forte 172, meus 20 primo, ac Vulgatus כהרים *ut elevat*.

X 16 האדון *Dominus*. Omittunt Kenn. cod. 1, 126, primo meus 226, Lxx, Arabs. Ibid. אדני *Adonai*. Plurimi codices יהוה *Jeoàh*, et editiones non paucae, ex antiquis Biblia Soncinensia, Brixiensia, Antiqua sine anno et loco, Veneta utraque 1518, Veneta 1521, Munsteriana omnia, ex recentioribus Veneta 1678, et 1730, Mantuana 1742, et aliae. V. 18 יכלה. Soncinenses Prophetae, si Tychsenio credimus in eorum Descriptione in *Repert. orient.* T. VIII pag. 70, legunt יבלה. In meo exemplari clare legunt יכלה, nec dubito, quin ex litterae forma non sat nitide excusa in suo exemplari, et dubia deceptus sit doctissimus vir. Vers. 22 ubi monet illos legere חם, etiam hic meum exemplar aperte habet הם, ut fert lectio communis.

X 23 כל הארץ *universae terrae* — הארץ *terrae*, Kennic. cod. 1, 4, 30, 72, 89, 96, 102, 115, 150, 154, 158, 160, 168 marg., 175, 178, 180, 182, 187, 205, 210, 228, 246, 249, 250, 251, 252, 253, 295, 301, 309, 321, 330, 332, 337, 342, 355, 399, 408, 418, 420, 423, 428, 453, 461, 471, 474, 490, 494, 505, 526, 530, 533, 549, 560, 562, 575, 576, 590, 596, 597, 598, 612, 613, 616, 632, 639, 648, forte 405, 521, mei 2, 196, 210, 295, 463, 518, 554, 715, primo 1, 20, 23, 226, 440, nunc 25, 304, 305, 663, Biblia Soncinensia, Brixiensia, Antiqua sine anno et loco, Bombergiana utraque 1518 ad marg., Prophetae posteriores Soncinenses, Pisaur. 1516, Pisaurenses 1520. Ita Paullus Ep. ad Roman. IX 28. Quasdam se editiones antiquas prae manibus habuisse notat Norzius, in quibus aberat כל, nonnullaque mss. exempla, in quibus primitus fuerat omissum, ita ut non posset quaestionem hanc dirimere. Prima fronte favere videtur huic lectioni Targum, ut impressum est in Polyglottis Londinensibus, quod legit בגו ארעא *in medio terrae*. Sed praemittit עם כל רישעי *cum omnibus impiis*, et in duobus mss. meis codicibus 737, et 784 melius habet עם כל רישעי ארעא *cum omnibus impiis terrae*, extruso בגו, quod praecedens nomen constructum non patitur. Idem Targum Polyglottorum Antwerpiensium. Paraphrastam itaque agit Jonathan, sed in suo textu legebat proculdubio controversum vocabulum כל, nisi veram ejus lectionem habeas בגו ארעא, ac praecedentia verba עם כל רישעי ut spuria abjicias. In ms. collatione codicum Taurinensium omissa est varietas haec Kennic. codicis 251.

X 25 תבליתם *consumptionem eorum* — תכליתם idem cum כ, cod. Kennic. 112, primo 4, 150, mei 2, 319, 554, Biblia Brixiensia, Veneta 1551, Veneta 1563, Veneta 1613, Veneta Lombrosi 1639, Isaias Polyglottus Basileensis 4. sine anno, Isaias cum Com. Veronae 1652. Dubia Biblia Veneta 1566, nonnullique codices mss.. Nisseliana circulo notata ad indigitandam codicum et editionum discrepantiam. Lectionem hanc sequitur quoque in suis Commentariis in h. l. Abarbanel. Conf. Michaëlis *Biblioth. or.* T. XIV p. 146, et XVIII pag. 84. Pro praecedenti על *super*, cod. Kenn. 96, ac meus 545 primo legunt עד *usque ad consumptionem eorum*.

X 32 Mendosum בית. בת veram lectionem habent omnes veteres, in textu sexcenti codices, hispani ipsi accuratiores ac masorethici, Biblia Soncinensia, Brixiensia, Prophetae posteriores Soncinenses, Pisaurenses 1516, Pisaurenses 1520, Isaias Ulyssiponensis 1492, Isaias Thessalonicensis 1600, Pentateuchus Pragensis 1518 in Aphr., ac bini Machazorim Soncinenses sec. xv. Nec aliter proculdubio Biblia Pisaurensia, quoad Isaiam in meo exemplari mutila.

X 33 פארה *ramum* — פורה *torcular*, Kenn. cod. 1, 4, 18, 50, 56, 72, 93, 96, 107, 111, 112, 151, 154 marg., 170, 181, 182, 196, 223, 224, 244, 245, 253, 294, 384, 665, primo 177, mei 16, 61, 198, 226, 262, 373, 405, 407, 476, 502, 543, 554, 585, 594, 606, 802, 814, primo 20, 443, 596, 597, 721, Biblia Soncinensia, Prophetae Soncinenses, Machazor Soncin. 1486, Machazor aliud Sonc. sec. xv, Symmachus, Theodotio, Chald.. Codex meus 663, et 715 ad margin. פורה ק' *lege torcular*. Confer. Michaëlis *Biblioth or.* T. XIV p. 143, et XVIII p. 81, et Lilienthal. *Comm. crit.* p. 151, ubi monet in Regiom. 1, seu Kennic. 223 א esse superscriptum.

XI 3 ולא למראה *Nec ad*, vel *juxta visionem* — לא למראה *Non juxta visionem*, Kenn. codices 3, 72, 95, 107, 110, 130, 150, 151, 170, 172, 181, 223, 224, 244, 384, primo 294, mei 4, 16, 20, 26, 198, 200, 378, 406, 411, 443, 476, 502, 518, 543, 585, 597, primo 11, 24, 187, 262, 440, 554, 594, 596, 674, 737, 850, 851, nunc 486, 555, 606, 663, 815, Biblia Soncinensia a Kenn. omissa, Prophetae Soncinenses 1486 omissi et ipsi in Kennic. Bibliis, Pentat. antiquus membran. in 4. sine anno et loco, Lxx, Symmachus, Chaldaeus, Vulg., et Arabs.

XI 11 אדני *Adonai*. Multi codices mei ac Kennicottiani, Biblia Soncinensia, ac Prophetae Sonc. יהוה. Vers. 15 והחרים. Scriptura verior est juxta Houbigantium והחרב *et siccabit*, ut legisse Chaldaeum animadverterat Capellus *Crit. sacr.* pag. 783. Sed eam mss. codices non confirmant.

XII 2 וזמרת יה *et laus Dominus*, vel *Domini* — וזמרתי יה *et laus mea Dominus*, cod. Kenn. 355, Lxx, Syrus, Chaldaeus, Vulgatus, et Arabs. Codex meus 380 notat ad marg. וזמרתי, hoc est, ut puto, ita debere exponi. Kimchius animadvertit et ipse esse pro וזמרתי, quia resc habet *kametz*, nam si esset nomen conjunctum, seu regiminis, haberet *patach*. Habent tamen

patach mss. codices nonnulli. » Legendum זמרתי, inquit Houbigantius, ut antea עזי, non sine affixo ». Cod. Kenn. 30 המרתיה conjunctim unoque verbo, cui ex Lilienthalio pag. 331 addendus 224, seu Regiomontanus posterior.

Ibid. יה *Dominus*. Duo Kennicottiani codices omittunt, 109, 128, et una tantum vice Domini nomen legunt Lxx, Syrus, Vulgatus, et Arabs. » Supervacaneum יה, prosequitur Houbigantius, neque id unquam ponitur, ut post sequatur יהוה. Natum videtur hoc σφάλμα ex consuetudine scribarum quorumdam, praecipue germanorum, qui linea desinente verbum sequens inchoabant, nec absolvebant ». Quod demonstrat ex codice Oratoriensi 42, qui habet יה sub fin. lineae, יהוה sub initium sequentis, et ex meo 305, aliisque demonstrari potest. » Nullus veterum interpretum, notat hic Doederleinius, vocem יה exprimit, quae in duobus codicibus mss. omittitur, codex Regiomontanus autem voci זמרת conjungit. Itaque emendandum puto textum legendo זמרתי ». Conf. Michaëlis *Biblioth. or.* T. XIV p. 146, et *Colleg. crit.* in Psal. XVI p. 143.

Ibid. יהוה *Dominus*. Desideratur in Kennic. codicibus 19, 30, 80, 96, 107, 244, 384, 665, in meis 378, 405, primo 11, 25, 226, 440, 486, 614, 721, in Machazor Sonc. 1486, in Machazor altero Soncin. sec. xv, in Targ. cod. mei 405, primo 614. Ceteri interpretes una tantum vice, ut diximus, nomen Domini exprimunt, et si una tantum vice, ut videtur, legendum, ego omissionem posterioris, seu יהיה, praetulerim, quae majorem habet in mss. codicibus auctoritatem, legens המרתי יה, vel המרתיה contractum, eodem sensu. Conferantur quae notavimus ad Exod. xv 2, locum huic nostro parallelum, in quo deest posterius יהוה. Codices hexaplares notant in Montfauconii *Hexaplis* Π. ἴα, *omnes Ιά*.

XIII 4 מארץ מרחק *a terra longinqua*. Meus 380 primo, et Syrus מרחק *a longinquo*.

XIII 18 על בנים *super filiis* — ועל *et super filiis*, Kenn. cod. 1, 72, 91, 93, 145, 150, 176, 182, 187, 224, mei 20, 380, 440, 715, primo 579, 596, Biblia Soncin., Prophetae Soncinenses, Lxx, Syrus, Vulgatus, Arabs.

XIII 20 יהל *splendebit* — יאהל *tentoria figet*, cod. Kennic. 154 primo, meus 380 ad marg., Symmachus, Syrus, Chaldaeus, Vulgatus, ac יהל esse hic pro יאהל prima radicali abjecta definiunt lexicographi. Cod. meus 2 יחל cum marg. Keri יהל. Prophetae Soncin. cum paucis codicibus לא יהל sine ו.

XIII 21 אחים. Investigaturus num in vocabulo hoc dubiae significationis ulla esset in meis codicibus varietas lectionis, reperi quinque codices, videlicet 20, 226, 411, 554, 596, plene legere אוחים, ut legunt sex Kennicottiani, et 380 אַחים cum *patach*. Nonnulli vernaculo illud sermone exponunt ad marg., cod. 20 per לוקשן, 60 קאין מין חיה שקורין 637, מירקצין 380, מין חיה מרמוטש. R. Parchon in inedito suo *Lexico* cod. mei 764 בריות הן כמו קופים שהן חיות דומות לבני אדם, seu de animalibus simiis et hominibus similibus interpretatur, qualia reapse sunt מרמוטש *Marmots* cod. 637. Targum impressum retinet אוחין, sed Targum ms. codicis mei 737 addit אושין *strepentibus*.

XIII 22 באלמנותיו *in viduis ejus* — בארמנותיו *in palatiis ejus*, cod. Kenn. 3 nunc, primo meus 737, Syrus, Chaldaeus, Vulgatus. Lectio sine dubio melior, quam sequuntur Lowthus, Houbigantius, Doederlein, et Michaëlis. V. *Biblioth. or.* T. XVIII p. 92. » Ridicule Arias *in aedibus viduatis ejus*, inquit Houbigantius, cum non videret legendum בארמנתיו *in palatiis ipsorum* ».

XIV 4 מדהבה *aurea*, sive *auri dives*, *auri exactrix* — מרהבה *efferens se*, *elata*. Ita Isaias cum Comm. Thessal. 1600, teste Doederlein, qui reddit *turbatrix* a Syriaco ܡܪܗܒܐ, Michaëlis *urgens*, Chaldaeus, qui ita videtur legisse, *fortitudo*. Conferantur idem Doederlein in notis ad h. l., et Michaëlis *Biblioth. or.* T. XI pag. 153, XIV p. 148, XVIII p. 99, item *Supplem ad Lex. heb.* p. 399, qui lectionem hanc malunt communi praeferre, ejus etiam testibus laudatis Graecis interpretibus, et Syro.

XIV 6 מכת *percussione*. Melius מכה in statu absoluto Ken. 93, 141, 182, forte 150, mei 20, 226, 380, 440, primo 2, 211, 737. Excipio Kennic. 224, seu Regiom. 2, qui legit in participio מכה *percutiens*, teste Lilienthalio p. 331. Nomen non esse conjunctum, seu in statu regiminis, et ת esse hic pro ה notat Kimchius.

XIV 8 שכבת *jacuisti*, vel *dormivisti* — שכנת *habitavisti*. Ita Biblia Soncinensia, et Prophetae Soncinenses, aperte utraque editio, non videtur, aut primo, ut extat in notis Kennicottianis.

XIV 11 ומכסיך *et operientes te* — ומכסך *et operiens te*, Kenn. cod. 4, 17, 23, 24, 30, 72, 93, 94, 102, 126, 130, 150, 154, 155, 158, 160, 172, 175, 176, 224, 225, 226, 227, 228, 245, 246, 253, 601. Kennicottiannis adde ex mea collatione 242, 425, 431, 452, 461, 471, 474, 485, 526, 529, 531, meos 1, 2, 4, 20, 25, 26, 27, 187, 196, 210, 226, 295, 319, 341, 413, 509, 512, 575, 596, 715, 737, 815, primo 211, nunc 663. exteros 1, 18, 34, 55. Sic Biblia Soncinensia, Brixiensia, Complutensia, Veneta 1525-28, Ven. 1533, Veneta 1613, Veneta 1615, Veneta 1627, Veneta 1647, Prophetae Soncinenses, Isaias Ulyssiponensis 1492, Isaias Veronensis 1652, Lxx, Syrus, Vulgatus, Arabs, Analogia. Ita correctum in Erfurtensi 5, ut notant Biblia Halensia. Norzius ad h. l.. » Scripsit senex Lonzanus, quod in libris hispanicis deficit *jod*, quod et ego inveni in quibusdam codicibus ». Defectiva sane lectio ac singularis longe praeferenda.

XIV 22 ונין *et filium* — נין *filium*, cod. Kenn. 4, 23, 187, 195, 253, mei 737, primo 23, 211, 440, nunc 210, Biblia Soncinensia, ac Brixiensia, sed in Bibliis Soncinensibus custos lineae est ו.

XIV 23 במטאטא *scopa* — במטאטי *scopis*, Kenn. 4, 17, 23, 30, 93, 115, 126, 141, 158, 178, 195, 224, 252, primo 1, 3, 150, mei 2, 20, 25, 174, 226, 305, 341, 380, 715, primo 211, 440, 575, 596, 663, 824, nunc 737, 825, Biblia Brixiensia, Biblia antiqua in fol. sine anno et loco.

XV 1 ער *Ar* — עד *usque*, Kenn. 17 primo, forte 72, 158, mei 27, 174, 305, videtur 554, et primo 440.

Idem ער *Ar* — עיר *urbs*, Kenn. 93, Aquila, Symmachus, Syrus, Arabs, et nonnulli judaeorum interpretes apud Kimchium. Conf. Capellus *Crit. sacr.* p. 811, et Scharfenb. not. in h. l.

Idem ער *Ar* — על *super*, Biblia Soncinensia, ac Brixiensia.

XV 2 בכל ראשיו *in omnibus capitibus ejus* — בכל ראש *in omni capite*, Kenn. cod. 17, 30, 150, meus 226, primo 663, LXX, Arabs. Cod. meus 789 בכל ראשם *in omni capite eorum*, ut Chaldaeus. Pauci alii cum Bibliis ac Prophetis Soncin. defective ראשו. Idem בכל, codex meus 174, primo 20, et Chaldaeus ובכל.

Ibid. כל *omnis* — וכל *et omnis*, Kennic. cod. 2, 23, 30, 72, 116, 126, 144, 150, 155, 182, 187, 198, 246, primo 141, mei 25, 27, 196, 226, 380, 554, 715, 737, 789, primo 26, 211, 305, 341, 663, 782, nunc 596, Biblia Soncinensia, Veneta 1518 ad marg., Prophetae Soncinenses, Syrus, Vulgatus, Chaldaeus.

Ibid. גדועה *resecta* — גרועה alio synon. cod. Kenn. 1, 101, 102, 112, 128, 158, 176, 249, 251, nunc 150, 198, videtur 139, quibus ex mea collatione addendi 420, 421, 475, ex meis 1, 2, 3, 23, 24, 25, 26, 27, 174, 187, 196, 295, 304, 341, 411, 413, 440, 463, 509, 512, 518, 575, 576, 579, 667, 715, 782, 789, 815, 824, primo 20, 596, nunc 211, 305, 737, exter. 1, 2, Biblia antiqua in fol. sine anno et loco, Veneta 1525-28, Veneta 1533, Veneta 1551, Ven. 1563, Polyglotta Sanctandreana 1586, Veneta 1613, Genevensia 12. 1618, Veneta 1627, Veneta 12. 1635, Veneta Lombrosi 1639, Veneta 1647, Nisselii 1662, Athiae 1667, Clodii 1677, Veneta 1690, Berolinensia Jablonskii 1699, Amstelodamensia sine punctis 1701, Amstelodamensia Torresii 1705, Opitii 1709, Jablonskii 1711, Halensia 1720, Veneta 1730, Mantuana cum Norzii Com. 1742, Simonis 1752, Reineccii 1756, Veneta 1766, Liburnensia 1780, Pisana 1781, Isaias Ulysiponensis 1492, locus parallelus Jeremiae XLVIII 37. Judaeorum interpretes omitto, ex quibus Abarbanelem ita legentem producit Norzius, qui rectissime animadvertit legi גרועה in accuratioribus mss. hispanis, ut ex nostra collatione liquet, et ex meis potissimum codicibus, in quibus hispani octodecim. Hinc vix suspectum haberi potest verbum גרע, ut habet doctissimus Michaëlis in *Supplem. ad Lex. heb.* p. 360, praesertim cum Syri in eadem significatione eo utantur. Biblia Sonciniana cum Kenn. cod. 253 masc. גדוע.

XV 3 שק *sacco* — שקים *saccis*, cod. meus 20 priori manu, LXX, Syrus, Chaldaeus, et Arabs.

XV 5 בריחה *vectis ejus*, vel defective *vectes ejus* — בריחיה plene ac plur. Kenn. cod. 1, 3, 4, 17, 23, 25, 30, 72, 91, 93, 94, 96, 100, 101, 113, 115, 116, 126, 128, 149, 150, 154, 158, 168, 175, 182, 187, 198, 210, 224, 225, 226, 227, 228, 246, 249, 253, 254, forte 82, 130, mei 2, 4, 20, 25, 26, 174, 187, 226, 295, 304, 380, 411, 413, 509, 545, 575, 579, 663, 667, 715, 789, primo 305, 440, 518, 596, Biblia Soncinensia, Brixiensia, Complutensia, Pro-

phetae Soncinenses, Isaias Polyglottus Basileensis sine anno. Ita etiam cod. Erfurtensis 5 prima manu in Bibliis Halensibus. Vers. 8 ובַאראלים conjunctim et cum *patach* Biblia Soncini, uno vero verbo etiam Brixiensia.

XV 9 מי דימון *aquae Dimon* — מי דיבון *aquae Dibon*. Sic prima manu Kennic. cod. 297, 337, ac Vulg. utrobique in hoc versu. Syrus *Ribbon*, cod. Alex. Lxx, Arabs, et anonymus Graecus in Montfauc. Hexaplis *Remmon*, cod. Vatic. Lxx, Aquila, Symmachus, et Theodotio *Dimon*. » Una Urbs, inquit Hieronymus in h. l., et per *M* et per *B* scribitur, e quibus Dimon silentium interpretatur, Dibon fluens. Indito utroque nomine propter latices qui tacite fluant, usque hodie indifferenter et Dimon, et Dibon hoc oppidulum dicitur ». Confer. Michaëlis *Suppl. ad Lex. heb.* p. 437, qui id non ex duplici etymo, sed ex more Arabum *B* saepe ut *M* efferentium repetit. Is Syri lectionem ܪܒܘܢ; per *resc* editoris Gabrielis Sionitae imputat negligentiae, non varietati hebraicorum codicum, quamquam non neget alicubi et hebraeos librarios in nomine describendo aberrasse, cum videat aliquos codices graecos habere Ρεμμῶν. Quod tamen manifestum potius sphalma, quam variam lectionem judicat, cum Hieronymi aetate utrumque urbis nomen per *D* in lingua vernacula efferreretur. Ad hebraeos illud codices ac librarios referri posse, syriacorum et graecorum archetypos, manifeste ostendit codex meus 305, qui ex prima manu legebat רמון *Rimon*.

XVI 1 שלחו *Mittite* — שלחו *Mittunt*, vel *Mittant* in 3 persona praeteriti legunt Biblia Soncinensia et Targum. Houbigantius ושלחו למשל *Et mittent dominatori*, Talmud Babylonicum et Vulgatus שלח *Mitte*, Lxx et Syrus אשלח *Mittam*.

Ibid. כר *agnum* — בר *filium*. Ex Kennicottianis ita forte 158, ut vertit Syrus, placetque Lowthio ac Doederleinio. Ex meis, praetermissis nonnullis dubiis, quatuor aperte lectionem hanc servant, 174, 305, 663, ac primo 23 hispanus et accuratus. Lxx pro כר משל ארץ legerunt כרמש לארץ.

XVI 3 הביאו *Afferte* — הביאי *Affer*, seu Kerì in textu Kenn. cod. 1, 30, 72, 93, 112, 115, 224, primo 2, mei 226, 380, primo 440, Biblia Complutensia, Lxx, Syrus, Chaldaeus, Vulgatus, Arabs. Recte quia alloquitur propheta filiam Sion. Aquila et Theodotio sequuntur Chediv.

Ibid. עשו *facite* — עשי *fac*, Kenn. cod. 24, 30, 67, 72, 91, 93, 94, 96, 99, 101, 102, 113, 139, 144, 153, 160, 171, 175, 176, 195, 198, 224, 225, 226, 227, 249, 250, 252, 253, 356, 601, mei 1, 23, 24, 25, 27, 174, 196, 210, 226, 295, 319, 341, 413, 440, 463, 509, 554, 575, 576, 596, 663, 815, 824, primo 211, nunc 26, 305, 380, 411, 512, 782, Biblia Soncinensia, Brixiensia, Antiqua in fol. sine anno et loco, Complutensia, Veneta bina 1518, Ven. 1521, Veneta 1525–28, Veneta 1533, Parisiensia Roberti Stephani in 4., Veneta 1613, Veneta 1627, Ven. 1647, Veneta 1678, Veneta 1690, Veneta 1730, Mantuana cum Norzii not. 1742, Liburnensia 1780, Prophetae Soncinenses 1486, Isaias Ulyssiponensis 1492,

Lxx, Syrus, Chaldaeus, Vulg., Kerì. Ex Bibliis Halensibus adde codicem Erfurtensem 5, sed male eadem Biblia ad hanc lectionem trahunt Biblia Hamburgensia Hutteri, quae habent in textu עשׁ. Ex hisce codicibus sunt qui legunt עשׁי cum *chirech*, etiam hispani, masorethici, accurati, ut meus 341, plerique habent punctum, seu *surek* in *jod*, et Kerì עשׁ ad marg.. Kimchius testatur scribi per *jod*, et legi per ו, superius autem הביאו scribi per ו, legi per *jod*, quod non cohaeret. Postulat namque sensus et contextus utrumque verbum et Chediv alterutro modo esse legendum, nec apta et Kimchio digna quae ab eo redditur ratio.

XVI 9 על קיצך *super aestiva tua messe* — על קיציך *super aestivis tuis fructibus*, cod. meus 411, Biblia Veneta Rabbinica 1525, Veneta 1525–28, Veneta 1533, Basileensia 1536, Veneta 1544, Roberti Stephani in 4., minora ejusdem in 16., Veneta 1551, Veneta 1563, Veneta 1566, Plantiniana 1566, Veneta Rabbinica 1568, Veneta 1570, Polyglotta Antwerpiensia, Antwerpiensia sine punctis 1573, Polyglotta Sanctandreana 1586, Hutteriana 1587, Veneta 1595, Raphelengii sine punctis 1610, Ven. 1613, Veneta 1615, Genevensia 12. 1618, Rabbinica Buxtorfii, Ven. 1627, Amstelodamensia 1630, Veneta 12. 1635, Amstelodamensia 1639, Veneta 1647, Polyglotta Londinensia, Nissel. 1662, Prophetae posteriores Raphelengii cum interl. vers. 1610, Prophetae Sulsbac. 1769. Cod. meus 211 primo נפלו in plur., ut Lxx et Arabs.

XVI 10 ונאסף *Et colligetur* — ונאספה foem. Biblia Soncinensia, ac Prophetae Soncinenses, aperte, non forte, ut notant Biblia Kennicottiana. Ita flagitat foem. שמחה.

Ibid. לא ירעע *non jubilabit* — ולא *nec jubilabit*, Kenn. cod. 1, 2, 17, 23, 72, 93, 94, 96, 99, 102, 116, 126, 145, 149, 150, 158, 160, 182, 210, 224, 225, 228, 246, 249, 253, 601, primo 3, 82, 128, 130, 141, 154, ex Bibl. Hal. primo 375, seu Erfurt. 5, mei 1, 4, 20, 25, 174, 187, 196, 210, 226, 380, 440, 463, 596, 663, 715, 737, 789, 824, primo 2, 23, 24, 211, 305, 341, 667, nunc 319, 545, 579, Biblia Soncinensia, Veneta 1518 ad marg., Prophetae Soncinenses, Lxx, Syrus, Chaldaeus, Vulgatus, Arabs. Alii pauci ויין *et vinum*.

XVI 12 אל מקדשו *ad sanctuarium suum* — אל מקדש *ad sanctuarium*, cod. meus 596 primo, et Syrus.

XVI 14 בשלש *tribus annis* — כשלש *quasi tribus annis*, vel *circiter tres annos*, Kennic. 150, 180, primo 130, 158, mei 319, 380, primo 226, 440, 545, Bibl. Sonc., Prophetae Soncinenses a Kennicotto omissi. Sed omnes versiones בשלש.

Ibid. כשני *sicut annis* — בשני *annis*, Kennic. 112, primo 99, primo mei 440, 554. Bibl. Brix. שני.

Ibid. בכל *in omni* — ככל *juxta omnem*, vel *ut omnis*, Kennic. cod. 93, 139, 150, primo 130, 158, forte 112, mei 24, 174, 226, sed contra fidem veterum.

XVII 3 כבכוד *sicut gloria* — בכבוד *in gloria*, cod. Kenn. 99, 112, 153, primo 150, nunc 2, mei 380, 554, primo 440, Biblia Brixiensia, Veneta 1566, Veneta 1613, Veneta 1615,

Veneta 1627, Veneta 1766, Pisana 1781, Prophetae Soncinenses aperte, non forte, ut ex dubio exemplari Kennicottus. Non aliter mihi videntur legere Biblia Veneta 1551, atque alia 1563, sed Bombergiana 1525–28, quae in hujus lectionis confirmationem affert Kennicottus, in meo exemplari legunt כבנוד per כ.

XVII 5 כאסף *sicut colligere* — באסף *in colligendo*, cod. meus 440 primo, ac Biblia Sonc. a Kenn. omissa.

XVII 9 כעזובת *sicut derelictio*, vel *derelicta* — כעזובת *sicut derelicta*, cod. meus 554. In plur. Lxx, Vulgatus, Arabs, praeceditque plur. ערי *urbes*. Codex meus 575 primo כל ערי *omnes urbes*.

Ibid. החרש *virgulti* — החרש *fabricantis*. Ita cum *tzere* Bibl. Ven. Rabbinica 1525, aliaeque multae editiones hanc secutae, inter quas et Polyglotta Londinensia, sicque per *tzere* hic scribi, ut singulare, et anomalum, notant Buxtorfius aliique. Sed purum hoc est mendum, ut recte monet Norzius, quod nos illorum Bibliorum editori Jacobo Chaiimo debemus, redarguuntque omnes codices, omnesque editiones antiquae. Nam Biblia Soncinensia, Brixiensia, Antiqua sine anno et loco, Pisaurenses editiones, Isaias Ulyssiponensis, Biblia Veneta 1518, legunt cum *segol*, sicque praestantissimae ac multae posteriores, ut Biblia Roberti Stephani in 4., Lombrosana 1639, Athiana 1667, Clodiana 1677, Berolin. 1699, Hoogtiana 1705, Torresii ejusdem an., Proopsiana 1725, Mantuana cum Norzii notis 1742.

Idem החרש *virgulti* — החדש *mensis*, cod. Kenn. 245, primo 99, 171, mei 211, primo 737, 789. Mendose iterum et contra fidem omnium interpretum.

Ibid. והאמיר *et rami*. Cod. Kennic. 227 והאסיר, meus 20 primo האמיר sine ו, 211 videtur legere והאמד, ut scribendum suspicatur Michaëlis in *Supplem. ad Lex. heb.* pag. 101. Saltem ad formam ד vergit littera codicis. Veteres tamen omnes legerunt per *resc*. Lxx האמרי *Amorraei*, et praecedens nomen, quod transponunt, חוי *Chivaei*, quod placet Strueensee, Lowthio, Michaëlis et Dathio, sed ob codicum defectum, minoremque illius versionis in Isaia negligentissimae auctoritatem improbat Doederlein in notis ad Isaiam pag. 76.

Ibid. עזבו *dereliquerunt*. Cum *kibbutz* sub *ain* in *Puhal derelictae sunt* codex meus 579 prima manu, ut Vulgatus. Passive etiam Chaldaeus et Syrus, sed in singulari. Praecedens אשר cum ו praefixo primo legebat codex meus 211.

XVII 12 כהמות *sicut strepere* — כהמון *sicut multitudo*, Kenn. cod. 93, 224, primo meus 596, nunc 24, exter. 1, Vulgatus.

Ibid. ימים *marium* — ים *maris*, cod. Kenn. 72, 187, primo meus 2, Lxx, Chaldaeus, Vulgatus, Arabs.

XVII 13 לאמים כשאון מים רבים ישאון *Populi sicut sonitus aquarum multarum sonabunt*. Repetita haec verba desunt in Kenn. cod. 1, 4, 490, 515, 632, item in 145, 249 a Kennicotto translatis ad superiorem versum, primo in meo 20, et Syro. Alii interpretes nonnulla tantum verba omittunt. Incuria scribentis repetita ex priore commate putat Kennicottus apud Lowthium de

Poesi heb. p. 326. » Sed haec ipsa repetitio, subdit Doederlein, tanto me afficit elegantiae sensu, ut non ausim ea verba rescindere ».

Ibid. אינגו *non ipsa est* — ואינגו *nec ipsa est*, Kenn. cod. 30, 72, 93, 96, 145, 150, 180, 182, 249, 253, mei 4, 20, 554, 715, 737, 789, primo 2, 211, 596, 663, Biblia Soncinensia, Prophetae Soncinenses, Lxx, Syrus, Chaldaeus, Vulgatus, Arabs.

XVII 14 שוסינו *praedantium nos* — שוסנו *praedantis nos*, Kenn. cod. 1, 3, 25, 94, 101, 114, mei 3, 26, 210, 211, 411, 509, 554, 815, primo 596, Biblia Amstelodamensia 1639, et Syrus.

Ibid. לבוזינו *diripientium nos* — לבוזנו *diripientis nos*, cod. Kennic. 1, 100, mei 411, 413, 815, primo 341, et Syrus.

XVIII 2 ובכלי *et in vasis* — ובכלי *et in vasi*, cod. mei 24, 226, 341, Biblia Soncinensia 1488, Pisaurensia 1517, Prophetae posteriores Pisaurenses utrique 1516, 1520.

Ibid. בזאו *diripiunt* — בזו Ken. 89, mei 305, 380, 663, omnes priori manu, forma regulari.

XVIII 4 בחם *in aestu messis* — כחם *sicut aestus*, cod. Kenn. 93, 150, mei 554, 715, primo 782, nunc 579.

Idem בחם *in aestu messis* — ביום *in die messis*, cod. Kennic. 30, 112, 158, 180, 225, 253, nunc 224, mei 196, 440, 596, primo 20, 211, nunc 2, primo exter. 1, Lxx, Syrus, Vulgatus, Arabs. Probant Dathe, Lowthius, ac Doederlein.

XIX 10 שׂכר *clausuram*, vel *lacunam* — שׁכר *siceram*. Ita Biblia Rob. Stephani in 4., Veneta 1766, Pisana 1781, Syrus, et Lxx, qui vertunt ζύθον Aegyptiorum potum, vulgo *Birra*. Conf. Capellus *Crit. sacr.* p. 545, Michaëlis *Biblioth. or.* T. XIV p. 89, et Doederlein in not. ad Isai. p. 84, qui antiquis versionibus commotus, contextu orationis ejusque dignitate sensusque facilitate invitante, vertit *qui zythum conficiunt*. Biblia Nisseliana circulum hic exhibent. Brixiensia legunt שׁבר *rupturam*, quod ut variam lectionem sistunt ad marg. Bombergiana utraque anni 1518. Pauci codices pro עשי legunt in sing. עשה *faciens*, sed contra fidem veterum. Meus 226, qui unus ex his est, habet praeterea ואגמי cum ו ex prima manu.

XIX 12 ויגידו *et annuntient* — יבאו ויגידו *veniant et annuntient*, cod. Kenn. 30, 72. Placet Lowthio, favetque nexus verbi ויגידו. Sed vetustae versiones non legunt, ac repetitum videtur Doederleinio ex cap. XLV 20.

XIX 13 והתעו *et errare fecerunt* — התעו *errare fecerunt*, Kenn. cod. 1, 2, 3, 4, 17, 23, 24, 25, 30, 60, 72, 82, 89, 93, 94, 96, 101, 106, 108, 113, 115, 116, 125, 128, 130, 139, 141, 144, 145, 149, 150, 154, 155, 158, 160, 168, 180, 182, 187, 195, 224, 225, 226, 227, 228, 242, 245, 246, 249, 251, 601, 687, quibus ex Bibliis Halensibus adjungendus est 375, seu Erfurtensis 5. Accedunt ex meis 1 bis, in textu et Apht., 2, 3, 4, 6, 20, 23, 24, 25, 26, 27, 187, 197, 210, 211, 226, 291, 304, 305, 319, 341, 376, 380, 411, 412, 413, 440, 463, 486, 507, 509, 518, 543, 545, 547,

575, 576, 579, 596, 606, 662, 663, 667, 700, 715, 737, 782, 789, 815, 824, 825, 868, 883, Biblia Soncinensia, Brixiensia, Antiqua in fol. sine anno et loco, Pisaurensia, Complutensia, Veneta bina 1518, Veneta Rabbinica 1525, Veneta 1525–28, Veneta 1533, Munsteri omnia, Veneta 1544, Roberti Stephani utraque in 4. et 16., Veneta 1551, Veneta 1563, Veneta 1566, Ven. 1595, Veneta 1613, Veneta 1615, Veneta 1627, Veneta 12. 1635, Amstelodamensia 1639, Veneta 1647, Veneta 1678, Veneta 1690, Mantuana 1742, Liburnensia 1780, Prophetae post. Soncin., Pisaurenses, 1516 et 1520, Isaias Ulyssiponensis 1492, Isaias Polyglottus Basileensis sine anno, Isaias Thessalonicensis cum Comm. 1600, Chaldaeus, Vulgatus. Biblia Veneta 1730 notant ad marg. in ms. codice legi התעו. Communem lectionem והתעו purum recentiorum editionum mendum Norzius existimat, nec negari potest plerosque codices, et hispanos accuratiores nexum omittere. Extant tamen mss. codices et antiqui, et hispani, qui illum exhibent, quibus Lxx, Aquila, Symmachus, Theodotio, Syrus et Arabs adstipulantur.

XIX 18 עיר ההרס *civitas haheres*, seu *destructionis* — עיר החרס *civitas hacheres*, seu *solis*, Kenn. cod. 160, 228, 320 marg., 423, 453, 569, primo 99, 180, 571, ח 2 sup. ras. 115, mei 20, primo 187, 211, 305, 579, Biblia Brixiensia, Biblia Munsteri utraque hebraeo–latina 1534, 1546, sed cum alia lectione ad marg., Symmachus, et textus Complutensis Lxx. החרס notant etiam ad marg. Biblia Veneta 1518, et in Append. Basileensia 1536. Nonnullos mss. codices ita legisse sec. xI et xII docet nos Aben Esra, nec aliter legebant codices Talmudistarum ex tractatu *Menachoth* fol. 110, ubi vocabulum hoc legitur cum *cheth*. Testes hos sequitur Vitringa, vertens *civitas solis*, sicque olim lectum notat ab Onia et Judaeis, qui ex hoc loco occasionem captarunt extruendi templi Heliopolitani. Falsum ergo quod notat Ikenius *Dissert. philol.* xvI 4. Lugd. Bat. 1749 in omnibus codicibus constanter legi הרס. Confer. Kennicottus *Diss. gener.* §. 21 pag. 10, et §. 126 pag. 55.

Idem ההרס *haheres* — החרם *anathematis*, codices mei 700, primo 6, 575, 737, et ita alios libros legere monet margo cod. 547. Kennic. 490 habet ad margin. בית שמש *Bethsames*, ut reddit Chaldaeus. Arabs عين شمس *Ain–scemes*. Cum *mem* ההרם legunt bini ex meis codicibus, 815, nunc 6, 554 ההרים *montium*, Kenn. 206 primo ההרוס. Urbs haec est juxta Ikenium, et Doederlein, Leontopolis in nomo Heliopolitano sita, quasi עיר אריה.

XIX 19 מזבח ליהוה *altare Domino*. Addunt צבאות *exercituum*, Kenn. cod. 3, 30, 72, 91, 94, 226, primo meus 20, nunc 663, ac Syrus, qui vertit ܠܡܪܝܐ ܚܝܠܬܢܐ *Domino potenti*, ut vertere solet יהוה צבאות.

XIX 20 והיה *Et erit* — והיתה foem. cod. meus 789 primo, ac Syrus, relato verbo ad מצבה, seu statuae nomen, quod proxime praecedit, non ad מזבח. V. 25 pro צבאות Proph. Soncinenses contra mss. codicum et antiquorum omnium interpretum fidem legunt ביום ההוא *in die illa*.

XX 2 רגלך *pede tuo* — רגליך *pedibus tuis*, Kennic. cod. 1, 23, 30, 82, 89, 91, 93, 99, 112, 115, 150, 172, 175, 178, 187, 224, 252, mei 4, 25, 26, 174, 226, 305, 411, 545, 596, 667, primo 1, 440, 579, 737, 789, nunc 715, exter. 2, Biblia Soncinensia, Brixiensia, Amstelodamensia 1630, Prophetae Sonc. 1486, Lxx, Syrus, Vulgatus, et Arabs.

XXI 5 משחו *ungite* — ומשחו *et ungite*, nunc cod. Kenn. 102, Biblia Veneta Rabbinica 1525, Ven. 1525-28, Veneta 1533, Veneta 1544, Roberti Stephani in 16., Veneta 1551, Veneta 1563, Veneta 1566, Plantiniana 1566, Sanctandreana 1586, Wittebergensia 1587, vel Hartman. 4. 1595, Veneta 1595, Raphelengii sine punct. 1610, Veneta 1613, Veneta 1615, Genevensia 12. 1618, Veneta 1627, Veneta 12. 1635, Amstelodam. 1639, Veneta 1639, Veneta 1647, Veneta 1690, Veneta 1730, Veneta 1766, Pisana 1781, Isaias cum Comm. Veron. 1652. Sed lectio haec nullam habet auctoritatem in mss. codicibus, neque in vetustissimis editionibus, ac versionibus, uno excepto Targ. ms. cod. mei 737, unde ex solo R. Chajim ejusque Bibliis est repetenda, ex quo fonte plures aliae vitiosae lectiones manarunt. Contra multi codices legunt אכול ושתה *manducando et bibendo*, melius interposita copula. V. 8 nonnulli codices pro אדני habent יהוה, etiam hispani, ut primo meus 23.

XXI 11 שמר מה מלילה *custos quid de nocte*. Verba haec, quae statim repetuntur, desunt in cod. Kenn. 187, et Syro, ac supra praecedens verbum דומה *Duma* codex meus 20 scriptum exhibet אדום *Edom*, quod idem facit ad marg. 380, uterque tamen charactere rabbinico, quo innuitur vocis expositio, non varia lectio. Ita exponunt Lxx, et Arabs.

Ibid. מליל *de nocte* — מלל *loquere*, cod. Kenn. 252, et Jonathan, qui utrumque hoc vocabulum in hoc sensu interpretatur. Congruit codex meus 211, qui primo habebat מילל.

XXI 12 אתא. Cum *he* אתה codices quamplures mei et Kennicottiani, et Biblia Complutensia.

XXI 13 משא בערב *Onus in Arabia*. Cod. meus 226 alterutrum interponebat, vel מי *ejus qui Arabiam incolit*, vel מר *amarum*. Verosimilius posterius ex vestigiis secundae litterae, quae dubia est, et ex *patach* sub מ. 380 notat ad marg. designari *Ismael filios Dedan*.

XXI 16 כשני *sicut anni* — כשנת *sicut annus*, codex meus 380 primo, Lxx, Vulgatus, Arabs. Ibid. אדני. Codices nonnulli יהוה.

XXII 1 גיא *vallis* — גוי *gentis*, cod. meus 554. Punctum tamen est *tzere*, seu lectionis גי.

Ibid. אפוא *nunc* — פה *hic*, primo codex meus 596, et ut videtur 226, et Targum.

XXII 4 שד *vastatione* — שבר *contritione*, cod. Kenn. 225, Lxx, Syrus, Chaldaeus, et Arabs. Cod. meus 319 ad marg. *Alii libri* שבר. Kennic. 245 שבד. V. 5 in septem codicibus Kennicottianis ac prima manu in meo 211 abest vocabulum ומבוכה *et perplexitatis*.

XXII 6 פרשים *equitum* — ופרשים *et equitum*, Kenn. 1, 23, 96, 182, 253, mei 545, 667, 715, primo 20,

663, Biblia Sonc., Brixiensia, Proph. Soncin., Targum. Vers. 12 לחגור *in cincturam*. Cod. meus 596 primo לחגרת.

XXII 14 אדני *Adonai*. Desideratur in cod. Kenn. 1, primo in meis 211, 663, in Bibliis Pisaurensibus 1517, in Prophetis posterioribus Pisaurensibus 1516, in aliis Pisaur. 1520, in Lxx, Syro, et Arabe.

XXII 15. Deest iterum אדני in codicibus meis 463, 663 ex prima manu, in Lxx, Syro et Arabe.

XXII 21 ליושב *habitanti* — לישבי *habitantibus*, cod. Kenn. 23, 150, primo 1, 93, primo mei 20, 440, Lxx, Vulgatus, Syrus, Chaldaeus, Arabs.

XXII 24 כלי הקטן *vasa parvum* — כלִי הקטן *vas parvum*, cod. mei 226, 715, Syrus, Vulg.. Analogia. Ceteri interpretes vel omittunt, vel aliter vertunt.

Ibid. ועד כל כלֵי *et usque ad omnia instrumenta* — ועד כל כלִי *et usque ad omne instrumentum*, codex meus 737, Syrus, Vulgatus. Reliqui non legunt. Cod. meus 782 hispanus omiserat primo כל, quod non exprimit Syrus.

XXIII 12 בת צידון *filia Sidon* — בת ציון *filia Sion*, cod. Kennic. 82, 145, 332, 336, 337, 366, 392, 477, 494, 505, 514, forte 355, 535, primo mei 518, 579, 596, nunc 4, cod. Alex. Lxx, et Arabs. Utrumque ציון צידון meus 305, sed ציון sine punctis. Ita Kenn. 453, primo 475. Attamen cod. Rom. Lxx, Aquila, Symmachus, Theodotio, Syrus, Chaldaeus, Vulgatus legunt *Sidonis*. In meo 789 deerat primo בת, ut Lxx, et Arabs praetermittunt praecedens בתולת *virgo*.

XXIII 18 ליהוה *Domino* — ליהוה צבאות *Domino exercituum*, Kennic. 1, 17, 130, 145, 149, 150, 158, 187, 246, nunc 224, mei 2, 211, 663, primo 380, nunc 226.

XXIV 2 נשא *foenerans*. Plurimi codices utriusque collationis נשה per ה, ut verbum hoc scribi solet, et ut in hoc eodem versu occurrit. In eorum numero hispani multi optimae notae, ut mei 4, 23, 26, 187, 575, aliique, cum quibus quamplures editiones consentiunt, inter quas Biblia Soncinensia, Brixiensia, Pisaurensia, Complutensia, Veneta 1518, 1525-28, 1533, Basileensia 1536, Amstelodam. 1639, Prophetae posteriores Soncinenses, ac Pisaurenses 1516, 1520.

XXIV 5 תורֹת *leges* — תורה *legem*, cod. meus 737, Prophetae Soncinenses 1486 a Kennicotto omissi, sed recte a Tychsenio prolati, Lxx, Syrus, Chaldaeus, et Arabs. Sequuntur singularia חק, ברית.

XXIV 6 אכלה *devoravit* — אבלה *planxit*, Kenn. cod. 1, 4, 24, 115, 158, 160, 245, 253, mei 2, 4, 20, 25, 187, 196, 211, 226, 304, 346, 380, 463, 518, 576, 579, 596, 715, 815, 824, primo 305, 341, 440, videtur 174, primo 411, Biblia Soncinensia, Brixiensia, Veneta utraque 1518 ad marg., Prophetae Soncinenses, et Syrus. At vero corrector codicis mei 305 notat ad marg.: *Sic legitur in cod. correcto cum* כ, *quod et Masora definit*. Norzius: *In aliquo codice cum* beth, *sed in plerisque correctioribus cum* caph, *quod et Kimchius confirmat tum in Comm.*, *tum in* libro Radicum. *R. Aben Esra interpretatus est et ipse in sensu* אכילה *comestionis*.

XXIV 8 שאון *tumultus* — גאון *superbia*, vel *fastus*, primo codices mei 2, 211, 663, Lxx, Arabs.

XXIV 11 הארץ *terrae* — כל הארץ *omnis terrae*, Kennic. cod. 30, 114, 149, 182, primo 1, nunc 224, mei 174, 440, primo 211, 512, nunc 319. Lxx et Arabs כל praeponunt, legentes *omne gaudium terrae*.

XXIV 15 בארים. De hoc vocabulo, quod spurium videtur Michaëlis, et in quo exponendo mire inter se docti dissentiunt, mss. collectionis meae codices contuli, nec aliam lectionis varietatem reperi, nisi quod multi codices mei, ut Kennicottiani, Biblia Soncinensia, ac Prophetae Soncinenses plene legant באורים. Laudatus Michaëlis restituendum censet cum Lowthio באיים *in regionibus*, si vero sana est lectio, mavult ad radicem ארר referre, quae Arabibus est *expulit*, ac vertere *in exiliis*. V. *Biblioth. or. Suppl.* T. XIV p. 54 et *Suppl. Lex. heb.* pag. 48. Calmet legit בהרים *in montibus*, vel ביארים *in fluviis*, vel בחורים *electi*, Houbig. suffragante Dathio באמים, vel בעמים *in nationibus* vel *populis*. Forsan ברים *puri*, *sancti* esse posse conjicit Doederlein, qui in versione ex usu arab. reddit *in septentrionibus*. Kimchius exponit בעמקים *in vallibus*, alii *in specubus*, ut מאורה de *caverna* accipitur. R. Parchon in inedito *Lexico* cod. mei 764: ובן אמר באור כשדים וימצאו בקעות *convalles*. בקעה בארץ שנער וישבו שם *Et sic dicit*, vel *dictum est* in Ur Chaldaeorum, *et repererunt convallem in terra Senaar*, *et habitaverunt illic*. Cod. meus 20 notat esse לשון בקעי׳ וסעיפים שהיו בורחים *vocabulum convallium et scopulorum*, *ad quos confugiebant*, 380 לשון מישור *vocem planitiei*, *ut Ur Chaldaeorum*, 60 et 637, seu bina inedita *Lexica biblica* אנפלינודש, hoc est, ut interpretor, *in paludosis locis*; *ut Ur Chaldaeorum*, 319 לשון שקים *terminum saccorum*. Lxx et Arabs omittunt. Chaldaeus ab אור *lucendo* deducit, Syrus ab הודה *celebrando*, Vulgatus ab הורה *docendo*. De recentioribus interpretibus consulatur Poli *Synopsis criticorum*.

XXIV 18 ממרום *ab alto* — משמים *e caelo*, cod. Kenn. 1, et Lxx. Cod. meus 305 primo השמים *cataractae caeli*, sicque alios codices legere monet margo cod. 319. Vocabulum hoc sup. ras. 789, ut videatur alterutram ex duabus hisce lectionibus primo habuisse.

XXIV 20 ארץ *terra*. Non legunt Kenn. 224 primo, Lxx, et Arabs.

XXIV 21 על האדמה *super terram* — האדמה *terrae*, Kenn. cod. 1, 116, 171, 195, primo mei 596, 715. Pauci באדמה *in terra*, ut legit Syrus, notatque margo cod. mei 319. Ita Kenn. 96, 149, forte 1, nunc 145. 182, Lxx et Arabs repetitum hoc vocabulum omittunt.

XXV 2 זרים *alienorum* — זדים *superborum*, cod. Kenn. 1, 96, ut infra v. 5, probantibus Houbigantio ac Lowthio. העיר, quod pro primo מעיר legi volunt Houbigantius ac Doederlein, leguntque omnes veteres, nullus codex servat.

XXV 4 מעוז לאביון *propugnaculum egeno*. Codex meus 187 hisp. primo ומעוז *et propugnaculum*, ut Lxx, Syrus, et Arabs, et pro קיר Houbigant. בקיר, ut Syrus, Chaldaeus, Vulgatus.

XXV 6 משתה שמנים משתה שמרים *convivium pinguium*, *convivium faecium*. Utrobique משתי *convivia* legunt Biblia Roberti Stephani in 4., et Nisseliana 1662, quod ob codicum silentium et veterum interpretum, purum harum

editionum mendum arbitror. V. 7 פני. Cod. Kenn. 490 לפני, et in perpaucis mss. deest secundum הלוט.

XXV 12 חמתיך *murorum tuorum* — חומתךְ cum suff. foem. cod. mei 174, 411, primo 304, 319, Biblia Soncinensia, ac Syrus. Biblia Brix. חומתך.

XXVI 9. Codices multi mss. et editi plene אויתך *desideravi te*, sed versiones omnes antiquae, non excepta Chaldaea, legunt in 3 pers. foem., verbumque referunt ad animam.

XXVI 20 דלתיך *ostia tua* — דלתך *ostium tuum*, Kenn. cod. 1, 4, 30, 82, 89, 93, 116, 126, 226, 252, mei 341, 411, 554, 667, primo 23, 380, 440, 545, 575, 579, 715, 737, 782, Biblia Soncinensia 1488, Brixiensia 1494, Isaias Polygl. Basileensis sine anno, Lxx, et Arabs. Ita masorethae adjectis punctis singul. lectionis, ac nota marg. יתיר י׳ *Redundat* jod. Versu praecedenti in אורת nullam lectionis varietatem occurrere notat Michaëlis *Suppl. ad Lex. heb.* pag. 49. Extat tamen in multis utriusque collationis codicibus, meae ac Kennicottianae, qui habent אורות, vel ארות, ac posterius quidem exhibent etiam Biblia Soncin., ac Proph. Sonc. 1486.

XXVI 21 ישב *habitatoris* — ישבי *habitatorum*, cod. Kennic. 30, primo meus 20, Lxx, Symmachus, Arabs.

XXVII 1 והגדולה *et grandi*. Sine ו praefixo codices bene multi, sed versiones omnes illud legunt, unica excepta Arabica.

XXVII 2 כרם חמד *vinea desiderii*, vel *desiderabilis* — כרם חמר *vinea rubentis vini*, Kenn. cod. 1, 2, 4, 17, 23, 24, 25, 30, 72, 82, 89, 93, 99, 102, 144, 150, 154, 155, 158, 178, 226, 253, 295, 296, 297, forte 3, 91, 94, videtur 130, 139, 245, ר sup. ras. 168, codices mei 1, 3, 4, 20, 23, 24, 25, 26, 187, 210, 226, 295, 304, 305, 341, 380, 411, 413, 440, 463, 509, 512, 518, 545, 560, 575, 576, 579, 663, 667, 715, 782, 789, 815, 824, nunc 2, 196, 211, 596, 737, Biblia Brixiensia 1494, Antiqua in fol. sine anno et loco, Pisaurensia 1517, Complutensia 1517, Ven. bina 1518, Ven. Rabbin. 1525, Ven. 1525-28, Ven. 1533, Munst. tria 1534, 1536, 1546, Roberti Stephani in 4., ejusdem minora in 16., Veneta 1544, Veneta 1551, Ven. 1563, Veneta 1566, Plantin. 8. 1566, Veneta Rabbinica 1568, Veneta 1570, Polyglotta Antwerpiensia, Biblia Antwerpiensia sine punctis 1573, Polyglotta Sanctandreana 1586, Hamburgensia Hutteri 1587, Wittebergensia 1587, sive Hartman. 4. 1595, Veneta 1595, Raphelengii sine punctis 1610, ejusdem cum lat. versione interlineari in 8. 1613, Veneta 1613, Genevensia 12. 1618, Veneta 1627, Amstelodamensia 1630, Veneta 12. 1635, Amstelodamensia 1639, Veneta Lombrosi 1639, Veneta 1647, Polyglotta Parisiensia, Polyglotta Londinensia, Nissceliana 1662, Athiana 1667, Clodiana 1677, Veneta 1690, Berolinensia Jablonskii 1699, Amstelodamensia sine punctis 1701, Amstelodamensia Torresii 1705, Opitii 1709, Jablonskii 1711, Maii 1712, Maii et Burckl. 1716, Halensia 1720, Amstelodamensia Rabbinica 1724, Amstelod. Proopsii 1725, Veneta 1730, Ven. 1739, Mantuana 1742, Oxoniensia sine pun-

ctis 1750, Lipsiensia Reineccii 1756, Veneta 1766, Liburnensia 1780, Pisana 1781, Prophetae posteriores Soncinenses, Pisaurenses 1516, Pisaurenses 1520, Sulsbacenses 1769, Isaias Ulyssiponensis 1492, Polyglottus Basileensis sine anno, Veron. cum Com. 1652. Quotquot contuli editiones ante Hooghtianam omnes legunt חמר, sola excepta Soncinensi 1488, cum qua Brixiensem congruere perperam conjicit Brunsius *De mendis edit. Vander Hooght.* T. XII *Repert. or.* p. 30. Nam Biblia Brixiensia, collatis etiam variis exemplaribus, legunt חמר. Illud autem mirandum Brunsium conjecturam suam confirmare ex Lutheri versione, quae plane contrarium ostendit. Si enim Lutherus vertit *vineam vini optimi, Weinberg des besten weins,* legit certe חמר, ut Brixiensis textus quem sequebatur. Ex mss. meis codicibus solus 174 aperte legit חמד. Binos dubios omitto. Ex Kennicottianis, si accurata cum Hooghtiano textu esset facta collatio, quadraginta duo in integrum inspecti hanc lectionem haberent, videlicet 26, 67, 96, 100, 101, 112, 113, 114, 115, 116, 126, 128, 141, 145, 149, 153, 159, 171, 172, 173, 175, 176, 180, 182, 187, 195, 198, 201, 210, 224, 225, 227, 228, 230, 242, 246, 249, 250, 251, 252, 254, 290. At vero multi ex his demendi sunt. Cod. 224 a Lilienthalio collatus est cum Bibliis Halens., Taurinenses quatuor 246, 249, 250, 251 cum Bibliis Simonis, ut Kennicottus monet ad calcem *Dissert. gener.* Ille ergo ex Lilienthalii silentio legit ut textus Halensis, hi ut Lipsiensis Simonis. Idem de aliis plerisque dicendum. Ac lectio חמד, si per se spectes, vera varia lectio est, et quidem antiqua, quia eam reapse sistunt mss. codices, Biblia Soncinensia, ac LXX, eam Jonathan, qui vertit *vinea plantata* בארעא טבא *in terra bona.* Hinc non accurate eam merum Hooghtianae editionis typographicum mendum definiverat Brunsius, contra quem conferantur quae in *Apologia* sua reposuit Kennicottus. Si vero illam spectas ut in Hooghtiano textu reperitur, incertum est, num ea fortuita sit, an vero aliunde petita. Quamvis enim nullus, qui constet, mss. codicum vel Soncinensium Bibliorum usus sit factus, praeter recensitas tamen editiones ac fontes plurima duobus voluminibus recensuisse Hooghtius ipse tradit ad calcem *Diversitatis lectionis,* nec quae ibid. suppeditatur Hooghtiana nota in hunc locum, vera textus emendatio est, sed potius varia lectio. Catalogus hic recensendis variis lectionibus est destinatus, ut fert titulus et monitum ad lectorem, non recensioni sphalmatum, nec Hooghtius, si verum sphalma habuisset, in indice emendasset, sed in editione ipsa, nova recusa plagula, ut celebriores typographi, et Amstelodamenses potissimum facere consueverunt.

XXVII 3 יפקד *visitabit* — אפקד *visitabo,* Kennic. 1, 17, 23, 93, 94, 96, 145, 150, 158, 160, 182, 224, 225, 226, 253, forte 130, 154, nunc 245, 246, mei 2, 20, 174, 380, 440, 554, 663, primo 1, 25, 211, 667, 789, et ut videtur 24, nunc 226, exter. 84, Biblia Soncinensia, Prophetae Soncin. 1486, ac Syrus. Lectionem hanc servat etiam codex Erfurtensis 5 ex secunda

manu, ad marg. Biblia Veneta 1518, in Appendice Basileensia 1536. Codex meus 596 notat ad marg. alios libros legere אפקד, sed 2 codices hispanos habere יפקד. » Ex Commentario Jarchii, inquit ad h. l. Norzius, videtur scriptum fuisse in ejus exemplari פן אפקד, sicque voluit exponere Targum. At reliqui omnes interpretes illud exposuerunt, ut scriptum est in libris nostris יפקד, et auctor Meir nediv, qui scripsit אפקד, innixus est Jarchio ». Ex tot ergo mss. nullum vidit Norzius, nullumque vidisse perperam opinatur auctorem hebraicarum *Concordantiarum*. Quidquid sit, scriptura haec non modo non est contemnenda, sed et hodierna melior juxta Houbigantium.

XXVII 4 שית *sentem* — ושית *et sentem*, Kennic. cod. 93, 96, 145, 150, 153, 198, 226, 253, primo 1, 3, nunc 224, mei 440, primo 1, 2, 20, 187, 226, 575, 596, 663, Biblia Soncinensia, Aquila, Syrus, Chaldaeus, Vulgatus. V. 5 repetita verba שלום יעשה deerant primo in meo 211, sed habent antiquae omnes versiones.

XXVIII 2 לאדני. Plurimi codices Kennicottiani ac mei cum utraque Soncinensi editione Bibliorum ac Prophetarum ליהוה.

XXVI 3 אל הרעה *super malo* — על הרעה Kenn. 2, 30, 150, 178, 198, 224, 225, 246, 253, 297 marg., primo 128, 141, nunc 99, mei 174, 305, 463, 737, 824, primo 187, 319, 440, et Soncinensis utraque editio Bibliorum ac Prophetarum.

XXVI 5 על דברי. Nonnulli codices אל, et bini ex meis hispani, 4 et 26, legebant ex prima manu את כל דברי *omnia verba*.

Ib. והשכם *et mane surgendo*. Praefixum ו, quod superfluit et tolli vult Houbigantius, non legunt multi codices Kennicottianae collationis ac meae, Biblia Soncinensia, antiqui interpretes, et cap. xxv 4.

XXVI 6 כשלה *Sicut Siloh*. Plene שילה quamplures codices Kenn. ac mei, Biblia Soncinensia, Brixiensia, Prophetae Soncinenses. Pauci כשלו, ut legitur v. 9, ubi iterum codices dissentiunt, leguntque non pauci per ה et cum *jod* inserto, consentientibus iterum Bibliis Soncinensibus ac Brixiensibus.

Ibid. גוי *gentibus*. Biblia Mantuana 1742 defective גוי ex Norzii correctione, qui notat in correctissimis quibusdam codicibus reperisse cum unico *jod*, sicque ex masora erui. Neglectis hic germanicis et italicis codicibus, hispanicos contuli, quibus Norzius et judaei omnes solent inniti, et reperi plerosque codices hispanicos et accuratiores legere גויי. Ita ex meis 4, 23, 25, 26, 27, 196, 295, 341, 346, 463, 512, 518, 560, 815, primo 187, 575, 782, nunc 304. Ita antiquae omnes editiones ex hispanicis mss. depromptae, ut Biblia antiqua in fol. sine anno et loco, Jeremias Ulyssiponensis, et omnes Pisaurenses. Defectivum גוי primo legebat ex hispanis 304 diligentissime scriptus, sicque correctum in 187, 575, 782. Haec tamen lectio videtur esse celeberrimi cod. Hilleliani, nam meus 413 ex eo descriptus eam ex prima manu exhibebat. En ergo plerosque meliorisque codices hispanos ab Hilleliano recedentes, et quidem merito, quia melius legitur גויי plene ac plur., ut praeter mss. codices legunt veteres omnes interpretes.

XXVI 10 שער יהוה *portae Domini* — שער בית יהוה *portae domus Domini*, Kenn. cod. 1, 4, 23, 30, 93, 96, 115, 116, 145, 153, 154, 158, 160, 168, 178, 182, 228, 251, 601, 602, primo 82, 130, 171, forte 172, mei 23, 26, 341, 380, 440, 789, primo 20, 24, 409, 560, nunc 174, ext. 96, Chaldaeus, Syrus, Vulgatus et Arabs. Schulzius *Recens. Fragm. Giess.* p. 11 ex Ara-

bica versione conjicit ita forte olim etiam lectum fuisse in Graeca, hancque lectionem receptae praeferendam arbitratur. Pauci alii pro שער legunt בית *Domus Domini*. Sic Kennic. 72, 226, ex meis 4 hispanus.

XXVI 13 אל הרעה. Iterum hic על הרעה legit utraque editio Soncinensis 1486, 1488, Kenn. cod. 2, 30, 72, 150, 176, 201, 246, 251, primo 115, mei 3, 20, 305, 596, 737, primo 174, 409. Idem v. 19, et alibi. Frequens enim est, ut jam monuimus, harum particularum mutatio.

XXVI 20 ככל *juxta omnia*. Binae cit. editiones Soncini cum cod. Kennic. 253 את כל *omnia*.

XXVII 1 יהויקים *Jehojachim* — צדקיהו *Zedeciae*, Kenn. 224, 590 marg., primo 154, Syrus et Arabs ex ms. Oxoniensi. Cum Syro edito congruit antiquissimus codex Ambrosianus B 21. » Mirum profecto, inquit Houbigantius, solum Munsterum apud *Criticos sacros* vidisse errorem scribarum qui posuerunt Joachim, cum scribere debuissent צדקיה *Sedeciae* ... Si existimabat Clarius Jeremiam dixisse vaticinando, non narrando, de legatis Edom et Moab et ceterorum regum qui ad Sedeciam veniunt, hoc est praedixisse Joachim regnante eos legatos ad Sedeciam postea regnaturum venturos, contradicit ipsi Jeremiae, qui dicit versu 12 *et ad Sedeciam regem Juda loquutus sum*. Ergo excusari mendum non potest et legendum צדקיה, ut et Syrus, quem Arabs imitatur ». Uberius Lilienthalius *Comm. crit. cod. Regiom.* pag. 277. » Admodum notabilis haec est nostri codicis (Kennic. 224) lectio. Nam secundum communem impressorum, immo mss. adhuc recensitorum lectionem difficulter concipitur, qua ratione jam initio regiminis Jehoiakimi mandatum divinum acceperit Jeremias de conficiendis jugis, quae per aliquot annos in collo portaverit, sub initium demum regni Zedekiae regibus vicinis transmittenda, maxime quum omnia ista reipsa imperante Zedekia facta esse sequentia suadeant v. 3, 12, et cap. XXVIII 1. In mendo igitur jacere hunc locum censuerunt criticorum plurimi. Nimirum Jo. Clericus in *Comm.* ad h. l. e textu excidisse conjicit verba צדקיהו את, adeo ut sensus esset verbum Domini factum esse ad prophetam initio Zedekiae fratris Jehoiakimi. Alii totum versiculum primum, quem jam Hieronymi tempore LXX non habuerunt, librarii cujusdam oscitantia ex cap. XXVI 1 repetitum esse arbitrantur, ad textum non pertinentem, maxime quum sequentia verba v. 2 *sic dicit Jehova ad me*, indicare videantur ex abrupto prophetam novam pericopam incipere ... Alii denique in nostro loco Zedekiae nomen omnino restituendum esse putant, a librario quondam cum Jehoiakimo perperam commutatum. Ita celeb. Benj. Kennicottus *Diss. I* p. 513 (ed. lat. p. 503)... Et sane non solum versio Syriaca hic legit *initio regni Zedekiae*, verum etiam Arabica ms. Oxoniensis ex versione τῶν LXX desumpta, unde simul colligi posset et hanc primitus nomen Zedekiae habuisse, licet deinde ob subortam difficultatem totus v. 1 in illa omissus fuerit. Quamvis vero non desint rationes, ex quibus non obstantibus hisce difficultatibus lectio communis defendi queat, quas exposuimus

T. III *Der gut. Sache d. Gottl. Offenb.* cap. vII §. 303 p. 384 et T. V cap. xI §. 124 p. 472, siquidem nec citra codicum mss. auctoritatem ex mera conjectura aliquid in textu facile mutari debet, tamen quum nunc tandem codex inventus sit, in quo nomen Zedekiae in h. l. expresse exhibetur, idque sine ulla vel punctatoris vel alterius critici correctione, quales alias in nostro codice admodum frequentes sunt, dubitari vix poterit צדקיהו genuinam esse lectionem ». Houbigantium ac Lilienthalium sequitur Conradus Christoph. Jacobi in *Diss. de Fragm. cod. heb. ms.* pag. 6, lectionem hodiernam textus impressi ad absurdas masorethrum lectiones referre non dubitans. Confer. Henr. Michaëlis in *Notis* ad Bibl. Hal., et David Michaëlis *Bibl. or.* T. XV pag. 184, qui quamvis variam hanc lectionem improbet, ms. tamen senescentis patris sui notam profert illi faventem.

XXVII 5 על פני הארץ *super faciem terrae*. Kenn. 149, forte 154, ac bini mei hispani ex prima manu, 187, 575 על פני האדמה. Codex meus 20 עשיתי את השמים ואת הארץ *feci caelum et terram*.

XXVII 8 ואת אשר *et is qui*. Melius ואשר Kennic. 201, 226, 250, ואת ואשר 182.

XXVII 9 חלמתיכם *somnia vestra* — חלמיכם *somniatores vestros*, Kenn. 356, Lxx, Syrus, Vulgatus. Praefert Houbigantius, favetque contextus.

XXVII 13 ברעב *in fame* — וברעב *et in fame*, Kennic. 1, 2, 72, 93, 116, 198, forte 168, mei 1, 226, 305, 346, primo 409, 440, 545, nunc 20, 380, Biblia Veneta 1730, Veneta 1739, Veneta 1766, Pisana 1781, Syrus, Chaldaeus, Vulgatus, et ex ms. Oxoniensi Arabs. In Lxx vacat.

XXVII 18 לבלתי באו *ut non eant*. Melius לבלתי בא in infin. Kennic. 72, nunc 224, primo meus 24. Michaëlis conjicit *Bibl. or.* T. XV p. 186 antiquitus scriptum יבאו, omissum dein *jod*, seu ex duobus *jodin* continuae scriptionis uno praeterito factum באו.

Ib. ובית מלך *et domo regis* — ובבית *et in domo regis*, Kennic. 101, 150, 178, primo 154, forte 130, nunc 246, primo meus 440, nunc 20, 815. Contra pro ובירושלם *et in Jerusalem*, Kenn. codices 93, 116, 154, 187, 210, primo meus 211, Biblia Soncinensia, Complutensia, Prophetae Soncinenses legunt וירושלם sine ב praefixo, alii בירושלם ut Ken. 150, 228, primo meus 24.

XXVII 19 בעיר *in urbe*. Codex meus 782 Toletanus testatur ad marg. ben Ascer legere בעיר, ben Nephtali בארץ *in terra*. Ita solus Kenn. 225.

Ibidem אל העמודים *super columnis*. Kennic. 154, seu Reuchlin. antiquissimus, ex meis primo 187, 440 על העמודים, ut ter in sequentibus nominibus usurpatur.

XXVII 21 בית *domo Domini* — בבית *in domo Domini*, expresso quod reticetur ב praefixo, Kennic. cod. 72, 89, 91, 93, 96, 145, 150, 158, 173, 182, 201, 253, 601, 602, mei 380, 518, primo 26, 187, 211, 409, 440, 579, nunc 226, 663, Biblia Soncinensia, Brixiensia, Prophetae Soncinenses 1486.

XXXVIII 1 בשנה in textu codices multi, Biblia Sonc., et Complutensia.

XXVIII 3 ויבאם בבל *et adduxit ea Babel*. Pauci codices בבלה *in Babel*, ut Kenn. 89, 150, 224, nunc meus 545. V. 4 כל omittunt Kennic. 150, 224, Lxx, Arabs.

XXVIII 6 דבריך *verba tua* — דברך *verbum tuum*, Kenn. 3, 30, 89, 102, 226, 253, 254, mei 20, 226, 579, 737, 815, primo 211, 440, 596, Biblia Soncinensia, Brixiensia, Prophetae Soncinenses, Talmud Babylonicum, Lxx, Arabs.

XXVIII 8 ולרעה *et de malo* — ולרעב *et de fame*, Kennic. codices 99, 150, 173, 210, 226, 297, 309, 320, 337, 360, 375, 477, 494, 514, 589, 601, 613, primo 130, 250, 356, nunc 149, 171, ex meis 560, 715, primo 174, nunc 663, Biblia Complutensia, Vulgat., sed hic postponit. Alii idem verbum exhibent, sed sine ו praefixo, לרעב, ut Kennic. 116, 149, 154, meus 226, primo 663. Vide cap. XXIV 10, XXVII 8, 13, XXIX 17, 18 etc.. Ita Maimonides in *Porta Mosis*, tum in editione Pocockiana, etsi Pocockius vertat *malum*, tum in codice ipso Arabico, ex quo editio facta est, Poc. 238, et in altero Poc. 260. Confer. Kennicottus *Diss. gen.* §. 54 p. 23, qui hanc veram esse hujus loci lectionem contendit. » Assentimur, notat hic Houbigantius, Castalioni sic observanti: considera, num pro רעה sit legendum רעב, hoc est *famem*. Quippe haec tria, bellum, famem, pestilentiam simul memorat Jeremias cap. sequenti v. 17 et aliis in locis, nec recte malum generatim dictum interseritur bellum inter et pestilentiam, mala speciatim dicta. Lego הרעב in cod. Regio 29, et ita scriptum fuerat manu priori in cod. Orator. 53 ».

XXIX 2 ושרי *principes Juda* — ושר *et princeps Juda*, Kenn. 23, 145, 158, 201, nunc 176, 224, mei 4, 815, nunc 186, Biblia Complutensia, Theodotio, Syrus, Vulgatus, Targum ms. mei cod. 737.

XXIX 9 בשקר *in mendacio*. Pauci codices שקר *mendacium*, ut Kennic 1, 173, 224. Alii multi בַּשקר cum ה demonstrativo extruso. Sic Kenn. 421 a me collatus, ex meis 20, 174, 380, 409, 554, 715, 881 aliique.

XXIX 17 את הרעב *famem*. Cum praef. copula ואת Kenn. 1, 2, 30, 72, 84, 89, 116, 145, 150, 154, 158, 160, 178, 182, 187, 198, 201, 225, 227, 253, 601, primo 91, 141, mei 1, 2, 3, 24, 26, 226, 305, 319, 341, 380, 409, 411, 463, 512, 518, 554, 596, 715, 815, 824, primo 20, 187, 211, 413, 440, 560, 737, Prophetae Pisaurenses 1516, Pisaurenses alii 1520, ac veteres omnes praeter Lxx, qui non legunt. V. seq. iterum וברעב codices multi ac Prophetae Sonc. 1486.

XXIX 18 ולשרקה *et in sibilum* — ולקללה *et in maledictionem*, Kennic. 2, 30, 145, 158, 224, 246, mei 2, 20, 411, 815, primo 663, ad marg. Biblia Veneta 1518. Alii לשרקה sine ו, ut Kenn. 130, 198, meus 440. Hodiernam lectionem sup. ras. exhibent Kenn. 116, 173.

XXIX 19 אליהם *ad eos* — אליכם *ad vos*, Kenn. cod. 2, 30, 96, 116, 141, 160, 168, 228, 253, primo 4, 72, mei 26, 174, 411, 560, 579, primo 2, 20, 211, 226, 663, nunc 24, Biblia Soncinensia, Brixien-

sia a Kenn. omissa, Prophetae Soncin. et ipsi omissi, ad marg. Biblia Bombergiana 1518.

XXIX 26 בית *domo* — בבית cum ב expresso *in domo*, Kenn. 1, 30, 72, 82, 93, 96, 112, 145, 150, 158, 178, 225, 226, 228, 246, 249, 250, 251, 253, primo 182, nunc 201, ex mea collatione 421, mei 2, 20, 23, 174, 196, 226, 305, 380, 463, 518, 560, 715, 737, 789, 815, primo 24, 211, 319, 409, 440, 663, Soncinensis utraque editio, et ad marg. Veneta 1518.

XXIX 31 כל *omnem*. Abest a Kennic. 150, 224, 246, a Lxx et Arabe. Nonnulli Kenn. ac mei אל כל.

XXX 2 אל ספר *super libro* — על ספר Kennic. 30, 116, 150, 187, 253, primo 72, meus 20, ad marg. 2, Biblia Soncinensia, Prophetae Soncinenses. Pauci alii post הדברים addunt האלה, ut Kennic. 1, 72, 145, primo meus 579, et לאמר *dicens*, quod omittit Syrus, non legebant ex prima manu bini ex meis codicibus, 26 et 596. Versu 8 nullus pro עלו legit על vel עלך *jugum*, vel *jugum tuum*, nullus v. 9 cum Lxx omittit אשר *quem*.

XXX 18 ישב *sedebit* — ישוב *redibit*, vel *restituetur*, codex meus 737 primo, ut legit Michaëlis in *Bibl. or.* T. XVII p. 165. Syrus, Chaldaeus, Vulgatus *fundabitur*. A textu et reliquis interpretibus hic recedit Arabs, qui vertit والشعب تاكل *et populus*, vel *turba comedet*, legens, ut videtur, והמון יאכל.

XXX 21 ערב *spopondit* — אשר ערב *qui spopondit*, primo cod. meus 226, nunc 341. Relativum interponunt omnes versiones. V. 23 multi וסער.

XXXI 3 לי *mihi*. Nullus לו *ei*, quod legunt Lxx, ac praeferunt Castalio et Houbigantius. Meus 575 hispanus primo אלי.

XXXI 13 ובחרים *et juvenes* — בחורים *juvenes*, Ken. 4, 72, 93, 107, 111, 136, 149, 150, 196, 223, 224, 253, 384, primo 204, 294, primo mei 16, 20, 24, 262, 440, 543, 737, nunc 226, Biblia Soncinensia, Prophetae Soncinenses 1486, Pentat. Pragensis 1518, Vulgat.. Confer. Michaëlis *Bibl. or.* T. XVII p. 167. V. 17 איננו. Nullus איננם.

XXXI 24 ונסעו *et proficiscentur* — ונשא *et elevabitur*, cod. meus 226 prima manu, et Lxx. Concinit Arabs, sed in significatione abripiendi.

XXXI 29 אכלו *comederunt* — יאכלו *comedent*, Kenn. 1, 23, 149, 150, 182, 187, 224, 225, 226, 246, primo 4, 82, 154, 158, 201, 297, mei 4, 174, 304, 411, 440, primo 2, 20, 25, 26, 226, 319, 554, 815, primo ext. 103, et Biblia Soncinensia.

XXXI 32 בעלתי *dominatus sum*. Lxx ἠμέλησα *neglexi*, ut legisse videantur nonnullis בחלתי, vel געלתי, quod Capellus et Houbigantius approbant, nec aliter Syrus, Arabs, et Paullus ad Heb. VIII 9. Nulla tamen in collatis codicibus hic extat lectionis varietas, nec necessaria. Nam fastidiendi significationem ex consensu linguae arabicae verbo בעל vindicant R. Joseph Kimchius pater Davidis apud Davidem ipsum in *Comm.* in h. l., et in *Libro radicum*, R. Ebn Jannahi, vel Jonas, et R. Tanchum Hierosolymitanus apud Pocockium, productis exemplis (erant enim linguae arabicae periti) usus fa-

miliaris arabum verbi بعل expositionem hanc confirmantibus. Conf. Pocockius *Notae miscell. ad portam Mosis* p. 5 ad 10, ubi fuse illam tuetur, Gusset. *Comm. ling. heb.* p. 244, Clod. *Lex. heb. select.* p. 85, Michaëlis *Suppl. ad Lex. heb.* p. 192. R. Parchon utroque Kimchio antiquior explicat per שנאתי *odio habui*, putatque ex permutatione litterarum ע et ח stare pro בחלתי. En ejus verba ex inedito *Mechabberoth*: ואנכי בעלתי בם. פ׳ שנאתים וה העין נתחלפה בחית שנ׳ וגם נפשם בחלה בי פ׳ שנאה אותי *Et ego bahalti bàm. Expone* odio habui illos, *nam* ain *hic permutata est vel stat pro* chet, *ut dictum est* et anima etiam eorum בחלה בי, *expone* odivit me. Paullus secutus est LXX, quorum verbum retinet, quamobrem perperam Surenhusius ut eum cum Jeremia conciliet, opinatur illum ex allegorica veterum hebraeorum allegandi ratione ad sensum alium eliciendum mutata littera legisse בחלתי in libro ΚΑΤΑΛ-ΛΑΓΗΣ p. 64.

XXXI 33 את בית *cum domo* — את בני *cum filiis*, cod. Kenn. 158, primo meus 737, et ut videtur, 579, Biblia Soncinensia, Brixiensia, Veneta 1518 ad marg., Prophetae Soncinenses, Targum cod. mei 737.

Ibid. נתתי *dedi* — ונתתי *et dabo*, melius Kenn. 150, 155, 158, 201, 206, 210, 307, 309, 313, 392, 452, 560, 575, 589, primo 91, 295, 404, forte 505, nunc 30, 612, 632, ex meis 305, 440, 596, 737, primo 20, 409. In futuro omnes versiones. Confer. *Epist. ad Heb.* VIII 10, Kennic. *Diss. gen.* §. 66 p. 29, Doederlein. *Bibl. theol.* 1782 p. 494. Mirandum est, inquit Kennicotus, superesse adhuc mss. viginti, qui habent ונתתי, certissime futuro tempore, quum res omnibus nota est judaeos in hoc loco tempus praeteritum urgere, christianis contradicentes. Quod etiam luculenter fecit rabbinus quidam, auctor annotatiunculae aspersae hunc in locum margini codicis ms. n. 1, ubi contendit judaeus voce נתתי (*dedi*) contineri *responsionem adversus minim*, idest christianos ». V. 34 נאם יהוה *dicit Dominus*. Omittit cod. Kenn. 253, nec legit Ep. ad Heb. VIII 11. V. 36 pro זרע *semen* cod. meus 226 primo בני *filii*, et 2 primo זרע בני *semen filiorum*.

XXXI 38 הנה ימים *Ecce dies* — הנה ימים באים *Ecce dies veniunt*, seu Keri באים habent in textu Kennic. 1, 27, 30, 72, 89, 93, 96, 112, 126, 149, 150, 172, 178, 187, 226, 249, 250, 252, 297, primo 82, 91, 141, 201, 230, forte 168, mei 26, 174, 186, 226, 295, 305, 319, 380, 409, 411, 440, 554, 560, 596, 663, primo 3, 23, 187, 211, 545, 579, 737, 789, nunc 20, primo exter. 103, Biblia Soncinensia, Brixiensia, Complutensia, Basileensia Munsteri utraque hebraeo-lat. 1534, 1546, Prophetae Soncinenses, Jeremias Thessalonicensis 1569, Mahamadoth Sabionet. 1556, ac versiones omnes antiquae.

Ibid. עד שער *usque ad portam*. Deest עד in Kenn. cod. 67, 84, 100, 102, 126, 130, 139, 144, 155, 168, 176, 178, 182, 195, 198, 227, 251, 252, 254, 602, nunc 82, 94, 128, in meis 3, 23, 27, 210, 226, 319, 509, 512, 518, 548, 575, 596, 824, 826, primo 25, 304, 554, nunc 1, 2, 295,

nunc 103, in Bibliis antiquis in fol. sine anno et loco, in Bibliis Mantuanis 1742, in Jeremia Ulyssip. 1492. Biblia Veneta 1690 notant ad marginem in libro correcto non legi עד. » In aliquibus libris, inquit Norzius in h. l., antiquis mss. et in vetusta editione sic scriptum est sine dictione עד, quae sane Kimchii lectio non est, qui legit עד שער הפנה . . . sicque extat in Targum et in Comm. Abarbanelis. Mira ergo mihi visa est haec dictio, et digna, vel conveniens propter dissensum quae diligentius attendatur et examinetur. Postea vero reperi etiam in exemplari R. Menachem de Lonzano editionis Bomberg. anni 304 (1544), quod calamum super illam duxerit, ac sufficit senex ipse, ut ei innitamur, quia certe attente rem examinavit reperitque sic scriptum in libris accuratis ». Sane ex allatis codicibus multi sunt hispani et optimae notae, et ex antiquis editionibus binae maximae auctoritatis ac pretii ex hispanis accuratissimis mss. desumptae. Sed legunt omnes veteres, ac reliqui omnes codices, inter quos antiquissimi, ac proinde controversum עד retinendum. Mendose על Biblia Basileensia 1546.

XXXI 39 על גבעת *super collem* — עד גבעת *usque ad collem*, Kennic. 89, 96, 175, 225, 601 marg., primo 30, mei 26, 295, 341, 576, primo 24, nunc 789, Lxx, Chaldaeus et Arabs. Unum ex iis quae scribuntur על, et conjiciuntur עד, notat hic Norzius, et ad marg. mss. codices confirmant.

XXXI 40 הפגרים *cadaverum* — והפגרים *et cadavera*, Kenn. 23, 93, 172, 182, 225, primo 82, 141, 168, nunc 72, mei 4, 341, 789, primo 24, 409, 440, 554, 663, Biblia Soncinensia, Prophetae Soncinenses.

Ibid. השרמות *Asceremoth*. Ita textualis lectio et Lxx. Sed masorethae corrigunt השדמות *arva*, eorumque emendationem confirmant Aquila, anonymus alius graecus interpres in Origenis Hexaplis, et Hieronymus, qui vocabulo in duo diviso שדה מות *regionem mortis* interpretatur. Ac Kerì השדמות in textu exhibent codices quamplures utriusque collationis, etiam hispani, ut sunt ex meis 4, 23, 26, 187, 411, 560, primo 518, 548, 575, 826, item Biblia Soncinensia, Brixiensia, Complutensia, Prophetae Soncinenses 1486, Pisaurenses 1516, Pisaur. alii 1520, Jeremias Thessalonicensis 1569. Lib. II Reg. XXIII 4 nominantur שדמות *arva Cedron*, unde anteponendum Kerì. Confer. Lilienthalius *Comm. crit. codd. Regiom.* p. 281, Capellus *Critica sacra* T. I p. 233, et II p. 893, quaeque ad haec Capelli loca notant Vogelius et Scharfenbergius.

Ibid. עד פנת *usque ad angulum* — על פנת *super angulum*, Kennic. 155 primo, et in cod. meo 155 ineditum Josephi Kimchii opus antichristianum *Milchemeth mitzvà*.

XXXII 5 עד פקדי *usquedum visitem* — עד יום פקדי *usque ad diem quo visitem*, Kenn. cod. 101, 173, 180, 182, 250, mei 305, primo 2, 20, 409, ac Syrus. Ibid. ולא תצליחו *nec prosperabimini*, Kenn. 1, 4, 225, mei 3, 174, primo 512, et Syrus.

XXXII 8 אשר בארץ *quae est in terra Biniamin*. Deest אשר *quae* in Kenn. 96, primo in meo 262, in Syro ac Vulg.

Ibid. ולך *et tibi redemptio* — ומשפט *et jus redemptionis*, Kenn. 93, 177, forte 154, primo meus 24.

XXXII 12 הספר המקנה *librum emptionis*. Melius ספר ob regimen Kenn. 1, 18, 19, 72, 93, 96, 102, 109, 136, 150, 151, 154, 168, 175, 180, 198, 201, 224, 250, 252, 253, 384, primo 177, mei 20, 174, 196, 226, 295, 545, 815, primo 2, 24, 26, 27, 187, 409, 440, 575, 596, nunc 305, 319, ac Biblia Soncinensia.

Ibid. דדי *patrui mei* — בן דדי *filii patrui mei*, Kenn. cod. 30, 76, 96, 107, 136, 181, 196, forte 3, 154, ex meis 174, 518, et antiquae omnes versiones excepto Targ.. Ita vers. 8 et 9, qui evincunt בן necessario legendum esse. Judaeorum commentatores illud subintelligunt monentque דדי esse hic pro בן דדי ex compendiosa vel abbreviata scriptura, cujus alia pauca memorant exempla. Confer. Jarchius, Kimchius, Norzius.

Ib. הכתבים *scribentium* — הכתובים *scriptorum*, Kennic. 93, 102, 109, 111, 112, 136, 150, 170, 196, 224, 253, 384, primo 23, 95, forte 72, 223, mei 4, 11, 16, 20, 186, 233, 262, 295, 304, 319, 408, 411, 443, 463, 476, 512, 543, 554, 562, 592, 815, primo 1, 2, 24, 210, 226, 440, 545, 579, 596, 722, 851, nunc 721, 737, Biblia Soncinensia, Brixiensia, Prophetae Soncinenses 1486, Chaldaeus, Syrus, Vulgatus. Norzius notat ita legi in *Meir nediv*, seu Concordantiis hebraicis ad utramque radicem כתב et ספר, et in textu ms. codicis quem ob oculos habebat, quamquam aliam lectionem ad marg. sisteret. Ex meis supra allatis nonnulli legunt defective per *kibbutz*, sicque ex editionibus Pentateuchus Brixiensis 1492.

Ibid. לעיני כל היהודים *coram omnibus judaeis* — ולעיני *et coram omnibus judaeis*, Kenn. cod. 1, 4, 23, 83, 136, 150, 191, 384, primo 177, forte 158, nunc 250, mei 11, 24, 230, 233, 319, 365, 443, 518, 545, 562, 722, 737, 824, primo 187, 262, 264, 409, 543, 656, nunc 380, 554, Pentateuchus Brixiensis 1492 in Apht., ac versiones omnes excepto Targum.

XXXII 17 כל *omne*. Deest in nonnullis codicibus utriusque collationis et in Pentat. Pragensi 1518.

XXXII 18 שמו *nomen ejus* — שמך *nomen tuum*, Kenn. 313 ac Vulgatus. Multi והגבור cum ו praefixo, ut legi vult Houbigantius.

XXXII 21. Non pauci cod. Kennicottiani ac mei את עמך ישראל *populum tuum Israel*, omisso את intermedio, alii non minori numero pro ובאזרוע legunt ובזרוע sine א.

XXXII 30 כי בני ישראל אך מכעסים *quia filii Israel profecto irritantes* etc. Nonnulli codices supplent היו *quia fuerunt filii Israel*, ut legitur sub in. versus. Ita Kennic. 1, 96, 158, 250, mei 380, primo 409, nunc 663, ac Prophetae Soncin. 1486.

XXXII 35 הבעל *Baal* — התפת *Topheth*, cod. Kenn. 150, ac Soncin. Prophetae, sed hi defective. Utrumque Syrus *Baal in Topheth*. Ibid. יהודה *Judam*. Kenn. 149, ac Biblia Bombergii utraque 1518 ad marg. ישראל *Israel*.

XXXIII 2 יהוה יוצר *Dominus formans*. Abest nomen יהוה a Kenn. codi-

cibus 230, 246, 332, 452, 514, 515, 562, 642, nunc 249, a meis 3, 815, primo 187, nec legunt Lxx, Syrus, Vulgatus et Arabs. In meo 815 deerat etiam ex prima manu יוצר. Multa Houbig. ad emendationem hujus loci.

XXXIII 3 לא ידעתם *non cognovisti ea* — ולא *nec cognovisti ea*, Kenn. 72, 96, 114, 116, 145, 155, 160, 168, 172, 176, 225, 226, 601, primo 91, 154, 290, mei 2, 3, 26, 196, 319, 341, 518, 545, 554, 715, 815, 824, primo 24, 187, 346, 512, 596, 663, nunc 211, 411, 440, 560, Biblia Soncinensia, Prophetae Soncinenses 1486, Jeremias Ulyssiponensis 1492. Versiones omnes supplent אשר *quae*, ut habet Kennic. 150, ac meus 737.

XXXIII 5 את הכשדים *cum Chaldaeis* — אל הכשדים *contra Chaldaeos*, Kenn. codices 139, 145, 201, 226, 246, 253, mei 295, 305, 380, 554, primo 2, 24, 663, nunc 226, Biblia Soncinensia, Prophetae Soncinenses ac Lxx. Cod. meus 815 על.

XXXIII 6 מעלה לה. Codex meus 20 מביא לכם *adducam vobis* cum nota marg. alios libros receptam lectionem habere. Nullus להם, ut postulat contextus.

XXXIII 9 ששון *gaudium* — לששון *in gaudium*, Kenn. 150, 187, primo 195, primo meus 2. Ita plerique interpretes et Houbigantius. Ibid. אותם. Est pro אתם *cum eis*, ac defective אתם codices quamplures, et editiones nonnullae, ut Soncinensis utraque, Brixiensis, Complutensis, ac Pisaurenses.

Ibid לה *ei* — להם *eis*, cod. Ken. 168, ac versiones omnes. Conf. Houbigantius.

XXXIII 12 ומרבצים cum ו Soncinensis utraque editio 1486, 1488, et Kenn. 253 ex iis, ut videtur, desumptus. V. 13 ובערי השפלה iterum cum ו multi codices Kenn. ac mei.

XXXIII 15 צמח צדקה *germen justitiae*. Nonnulli codices Kennic., videlicet 30, 72, 150, 309, צמח צדיק *germen justum*.

Ibid. ועשה משפט *et faciet judicium* — ומלך מלך והשכיל ועשה משפט *et regnabit rex et intelliget, et faciet judicium*, Kenn. cod. 4, 72, 145, 201, 246, 249, 250 (primo), 253, 313, 330, 375, 404, 506, 526, 531, 559, 607, 616, 632, ad marg. addita controversa verba 89, 182, ex meis 663, primo 579, 815, Biblia Soncinensia, Brixiensia, Prophetae Soncinenses 1486, Syrus, Arabs ex ms. Oxoniensi, Targum cod. mei 737. Plura de varia hac lectione Schulzius in opusculo critico *Super antiqua edit. heb. Bibl. Gerson.* p. 261. Inter Kennicottianos affertur hic 597, qui cum Jeremiam non contineat, videtur irrepsisse pro 596.

XXXIII 16 וירושלם *et Jerusalem* — וישראל *et Israel*, cod. Kenn. 224 (primo ex Lilienth. p. 283), 313 ad calc. *Diss. gen.*, primo meus 2, ut legitur in loco parallelo. Ita etiam citat cod. meus 155, seu ineditum Josephi Kimchii *Milchemeth*, leguntque apud Lucam Brugensem *Notat.* p. 299 multi latini Vulgatae codices, ac Bibl. Sixtina. Atque ut sequitur foem. תשכן, quod cum Israelis nomine nequit componi, illud in ישכן masc. mutat Kenn. 313, ac meus 155.

Ib. וזה *et hoc est* — וזה שמו *et hoc est nomen ejus*, Kenn. cod. 150, 375, 461, ex addendis 309, primo meus

2, Syrus, Chaldaeus, Vulg. et Arabs ex ms. Oxoniensi. Quod ad Vulgatum tamen spectat, notat Brugensis in praestantissimis mss., Brugensi, Leodiensi, ac Lobiensi vocem *nomen* jugulari, nec illam legit meum Vulgatae 650. In Lxx et Arabe Parisiensi haec desiderantur.

Ibib. יקרא *vocabit*, vel *vocabitur* — יקראו *vocabunt*, cod. meus 27 hispanus, 319, primo 2, Syrus, Chaldaeus, Vulgatus et Arabs ex ms. Oxoniensi. Iterum hic dissident Vulgatae codices. Leodiensis, Brugensis, Parisienses quinque, et quinque Hentenii apud Brugensem cit. l. habent *vocabit*, quibus meus 650 conformis est.

Ibid. לה *eam* — לו *eum*, relato pronomine ad germen, seu ad Messiam, nunc Kenn. 632, ה sup. ras. 93, nunc meus 2 ad marg., in quo deleto ו verbi יקראו a correctore suppletum est לו. Ita Vulgatus et Targum in Bibliis Regiis Antwerp., in quo mascul. puncta לה et שמה affixa sunt. Quod nescio num ex mss. codicum fide factum sit, ac factum esse valde dubito. Vulgatus autem non ita legit in omnibus codicibus, nam undecim a Brugensi citati habent *eam*, variasque hujus loci Vulgatae lectiones ex cap. XXIII Brugensis ipse repetit cit. l. » Ex eo loco hic in quibusdam Vulgatae editionis codicibus mutatum in primis est *Jerusalem* eum *Israel*, deinde addita est vox *nomen*, praeterea *vocabit* in *vocabunt* est transformatum, denique *eum* pro *eam* substitutum ». Michaëlis legit לה, probans et ipse masc. genus. V. *Bibl. or.* T. XVII p. 174, et *Crit. Colleg. super Psal. XVI* p. 85. Omissum לה in Kenn. 461, in meo 319, primo 2.

XXXIII 26 אמאס *rejiciam* — לא אמאס *non rejiciam*, primo meus 409, et Targum contra fidem reliquorum interpretum. In plur. codicibus, et in Bibliis Soncinensibus, ac Brixiensibus extat in textu אשיב.

XXXIV 3 את פיך *cum ore tuo*. Kennic. 154, seu cel. Reuchlinianus אל פיך *ad os tuum*, et cum eo congruit ex prima manu meus 24. Kennic. 246 ופיך את פיהו תדבר *et ore tuo ad os ejus loqueris*. Syrus *et os tuum cum ore ejus loquetur*.

XXXIV 5 ובמשרפות *et in combustionibus* — וכמשרפות *et juxta combustiones*, Kenn. 2, 24, 30, 67, 72, 96, 112, 155, 171, 175, 224, 297, 356, 602, primo 82, nunc 3, mei 1, 3, 23, 26, 196, 210, 226, 304, 305, 319, 413, 509, 512, 737, primo 27, 715, nunc 27, 295, 440, 463, 560, 575, 826, Biblia Complutensia, Lxx, Vulgatus, Syrus, Arabs, Targum ms. mei cod. 737, sed Lxx et Arabs aliter vertunt. Lilienthalius qui notat ita legere omnes versiones, latina versione Chaldaei in Polyglottis excusi deceptus est, quae male habet *secundum*, quod et animadvertit Michaëlis *Bibl. or.* T. XVII p. 176, ubi cum Houbigantio lectionem hanc communi anteponit. Non immerito sive contextum spectes, cui multo est aptior, sive auctoritatem veterum, sive demum fidem superstitum melioris notae codicum, in quibus multi hispani sunt, accuratissimi, et codices ipsi ex Hilleliano descripti, ut meus 413, ut recte conjicere liceat Hillelianum illum codicem celeberrimum, qui tamquam masorethicorum fons habetur, non alia ratione legisse.

XXXIV 11 שלחו *dimiserant* — שלחום *dimiserant eos*, Kenn. 2, 4, 18, 80, 93, 95, 96, 116, 129, 136, 145, 151, 172, 173, 201, 223, 244, 250, 384, primo 3, 91, 158, nunc שלחם 223. Adstipulantur ex meis 16, 20, 26, 230, 248, 345, 380, 384, 409, 411, 443, 502, 545, 560, 665, 789, 851, primo 11, 24, 187, 211, 440, 656, nunc 304, 543, 663, Pentat. Brix. 1492 in Aphtar.

XXXIV 17 אל הדבר *ad pestem* — ואל הדבר *et ad pestem*, Kenn. cod. 1, 19, 72, 76, 80, 94, 95, 96, 101, 107, 108, 111, 115, 116, 125, 145, 150, 151, 155, 172, 182, 195, 201, 223, 224, 225, 227, 244, 246, 249, 253, 294, primo 91, 141, mei 1 in Aphtar., 2, 3, 16, 24, 174, 186, 196, 226, 230, 248, 262, 266, 267, 291, 295, 305, 341, 345, 384, 409, 440, 443, 476, 486, 502, 507, 509, 512, 518, 535, 543, 554, 562, 592, 596, 606, 614, 663, 715, 737, 789, 815, 824, 868, primo 26, 197, 211, 265, 411, 579, 656, 674, 700, 825, nunc 547, Biblia Soncinensia, Brixiensia, Prophetae Soncinenses, in Apht. Pentateuchus Brix. 1492, CPolitanus 1505. Exprimunt versiones, Vulgata excepta.

XXXIV 20 והיתה *et erit* — ונתתי *et dabo*, Kenn. 93, 96, 111, 145, mei 2, primo 20, 262, nunc 30, et quidem expresso a nonnullis etiam את accus., ut Kenn. 93, 145, ac meus 2, in quo tamen qui puncta addidit, notavit ad marg. in hispanicis libris aliam lectionem servari.

XXXIV 21 מעליכם *a vobis* — מעליהם *ab eis*, primo meus 262, et Lxx, Syrus ܥܠܝܗܘܢ omisso מ praefixo *contra eos*, Arabs *inter eos*.

XXXV 4 בני חנן *filiorum Chanan* — בן חנן *filii Chanan*, primo meus 211, Chaldaeus et Arabs, sed hic pro *Chanan* legit *Jonadab*. Versu praeced. quidam, inter quos meus 187 hispan. primo, ואת כל אחיו *et omnes fratres ejus*.

XXXV 5 לפני בני בית *coram filiis domus* — לפני בית *coram domo*, Ken. 80, 102, 108, 116, 125, 154, 158, 249, nunc 181, mei 1 in Apht., 20, 267, 305, 737, primo 262, 291, 319, 409, 548, 575, 579, 824, nunc 197, 815. Lxx et Arabs *coram eis*, reliqui communem lectionem sectantur. Alii omittunt בית, ut Ken. 101, 150, 182, 246, mei 226, 440, primo 2.

XXXV 11 בעלות *dum ascendebat* — כעלות *quum ascenderet*, Kennic. 139, 180, primo 72, mei 20, 341, 545, primo 211, 789.

Ibid. אל הארץ *ad terram* — על *contra terram*, Kennic. 1 marg., 89, 93, 102, 172, 224, nunc 99, mei 226, primo 2, 210, 211, 409, 440, 518, 737, 789, nunc 20, Lxx, Syrus, Chaldaeus.

XXXV 15 אל האדמה. Multi על, inter quos ex prima manu meus 23 hispanus et antiquus, Soncinensis utraque editio, ac Brixiensis.

XXXV 17 יען דברתי עליהם *pro eo quod locutus sum ad eos*. Desunt in Kenn. 1, 154, 252, nec cum sequentibus nonnullis legunt Lxx et Arabs. Pauci codices, inter quos meus 782 Toletanus an. 1277 ex prima manu, omittunt primum אלהי, legentes יהוה צבאות *Dominus exercituum*, ut Chaldaeus ac Vulgatus. Lxx et Arabs *Dominus*, Syrus neutrum legit.

XXXVI 9 בירושלם *in Jerusalem*. Kennic. 246 praeponit אשר *qui erat*, ut Syrus.

XXXVI 12 בית המלך *in domum regis* — בית יהוה *in domum Domini*, Biblia Soncinensia, ac Prophetae Soncinenses 1486. Merum harum editionum mendum, quod Kenn. cod. 253 exscripsit, nec confirmant codices et versiones. Nam latinus Arabis interpres, qui ita habet, male suum textum refert, legentem الملك *regis*, non *Domini*.

XXXVI 14 וילך *et abi* — וילך *et abiit*, Kenn. 1, qui Michaëlis conjecturam confirmat *Bibl. or.* T. XVII p. 178.

XXXVI 16. Post primum הדברים codices nonnulli addunt האלה *haec*, ut posteriori loco legitur. Ita Kenn. 30, 72, mei 663, primo 24, 409, 440, ac binae editiones Soncinenses, sed hae האל. Ad marg. suppletum האלה in meo 545, ac rursus expunctum.

XXXVI 20 הדברים *verba* — הדברים האלה *verba haec*, Ken. 23, 30, 72, 84, 89, 93, 94, 96, 101, 112, 116, 145, 150, 168, 173, 178, 180, 182, 187, 201, 224, 225, 253, primo, ut videtur, 82, 158, nunc 249, 251, mei 26, 174, 196, 305, 380, 409, 440, 663, 815, primo 20, 25, 186, 211, 226, 319, 737, nunc 463, 881, nunc ext. 1, Biblia Soncinensia, Brixiensia, Prophetae Soncinenses 1486, Lxx, Syrus, Arabs. Targ. ms. mei 737.

XXXVI 22 בית *domo* — בבית *in domo*, Kenn. 145, 150, 154, 168, 201, 601, 602, forte 130, 158, ex meis 518, 789, primo 20, 24, 409, ad marg. Biblia Veneta 1518.

Ibid. ואת האח *et cum rogo* vel *rogum* — והאח *et rogus*, melius Kennic. 150, primo meus 24. Michaëlis conjicit legendum ואש האח.

XXXVI 31 כל הרעה *omne malum* — כל הדברים *omnia verba*, Kenn. 253, meus 663, et utraque editio Soncin. Ita olim corr. ad marg. in meo 545.

XXXVII 12 ארץ *terram* — אל ארץ *ad terram*, Kenn. 96, 253, mei 440, primo 24, 663, cum Soncinensibus editionibus 1486, 1488, ac Brixiensi 1494.

XXXVIII 2 יחיה *vivet*. Kerì וחיה *et vivet* habent in textu multi codices, Biblia Soncinensia ac Brixiensia. At nulla correctionis necessitas, ac non modo idem sensus, sed planior ex antiqua scriptura contextus, unde et retinenda. Meus 715 legit יחיה cum suis punctis et sine ullo Kerì.

XXXVIII 4 את האיש *vir iste*. Deest את in Kenn. cod. 1, 4, 23, 145, 150, 158, 253, in meis 25, 211, 226, 579, 663, 815, primo 554, 824, nunc 24, et in Bibliis Soncinensibus ac Brixiensibus.

Ibid. מרפא *remissas reddit*. Melius מרפה forma regul. Kennic. 72, 114, 253, mei 3, 174, 554, primo 575, 579, nunc 1, 211, Biblia Soncinensia ac Brixiensia.

XXXVIII 9 השליכו *projecerunt*. Nonnulli codices addunt אתו *eum* sine necessitate.

XXXVIII 16 את אשר *qui*. Deest את, quod sensum turbat, nec contextus patitur, in Kenn. cod. 1, 2, 30, 72, 84, 89, 94, 115, 126, 150, 172, 178, 224, 252, 253, in meis 3, 25, 26, 319, 411, primo 187, 211, 440, 512, 545, 575, 579, 596, nunc 226, in Bibliis Soncinensibus, Brixiensibus, Complutensibus,

ac Munsterianis utrisque hebraeo-latinis 1534, 1546, illudque scribi, sed non legi monet marg. Kerì. Si non legendum, ergo nec scribendum erat, recte Houbigantius. Ad הזאת cod. meus 782 notat ad marg. orientales legere הזה.

XXXVIII 17 יהוה אלהי צבאות *Dominus Deus exercituum* — יהוה צבאות *Dominus exercituum*, Kenn. 30, 72, 102, 173, 198, 224, mei 737, 815, primo 20, Syrus, Chaldaeus, Vulgatus. Lxx et Arabs solum Domini nomen habent, ut primo codex meus 545.

XXXVIII 22 רגליך in textu servant mss. codices multi, Kennic. ac mei.

XXXVIII 23 תשרף *combures* — תִּשָּׂרֵף in Niphal *comburetur*, mei 715, primo 186, 380, ex Lilienthalio p. 285 Kenn. 224, seu Regiomont. 2, Lxx, Chaldaeus et Arabs. Melius ex ejusdem Lilienthalii sententia. Nonnulli, inter quos mei 187 et 782 hispani primo, כל בניך.

XXXVIII 27 צוה *praeceperat* — צוהו *praeceperat ei*, Kennic. 23, 93, 96, 102, 158, 246, 249, nunc 154, mei 380, primo 20, 24, 211, 440, 596, nunc 2, Lxx, Syrus, Vulgatus et Arabs.

XXXVIII 28 והיה כאשר נלכדה ירושלם *et fuit ut capta est Jerusalem*. Desiderantur haec verba in Kenn. codicibus 93, 112, 180, primo 96, primo in meo 440, in Lxx, Syro et Arabe. Piskà, seu lacuna quae ante haec verba conspicitur, in multis codicibus deest et in multis editionibus, inter quas Complutensis, Basileensis 1536, Venetae nonnullae, Plantinianae, Polyglottae omnes, ac Mantuana ipsa ad Norzii emendationes curata an. 1742. Inter codices numerantur hispani, ut sunt ex meis 196, 304, 518, 575, 782, 815, et Hillelianus 413. Alii interpositis post primum ירושלם punctis comma absolvunt, novumque ab hisce verbis inchoant. Sic Kenn. 1, 99, mei 26, 226, 411, 596, 663, primo 1, 579, 782, Biblia Soncin., Brixiensia, Antiqua sine anno et loco. Ex his nonnulli, ut bini Kennicottiani, ex meis primo 26, 411, sublatis punctis verba haec cum sequentibus conjungunt, reliqui unum comma constituunt. Multi ea cum praecedentibus connectunt in continuatione lineae ac sententiae, et spatium post ea collocant, alii ante illa, ut Hooghtius, eaque ad initium veluti versus sequentis amandant. Nonnulli, inter quos meus 782 Toletanus, nullum nec ante, nec post spatium exhibent, alii majori numero, incerti veluti librarii num ad finem praecedentis commatis referrent, an ad initium sequentis, ea sola inter duo spatia posuerunt. Sic plures hispani, ut mei 23, 187, 346, 463, 576, 826. Qui ex antiquis interpretibus exprimunt, Chaldaeus ac Vulgatus, ii, ut in Polyglottis Londinensibus excusi sunt, ad calcem referunt versus 28, quamquam melius referri videantur sub in. cap. XXXIX. Conf. Michaëlis *Bibl. or.* T. XVII p. 179, et Eichorn *Introd. V. T.* T. III p. 207. Kenn. 30, 145, 182, primo 126, primo mei 226, 596 pro והיה legunt ויהי.

XXXIX 2 בחדש הרביעי *mense quarto* — בחדש החמישי *mense quinto*, cod. Kenn. 139, 180, primo meus 2, ut videtur, qui habet הרביעי rescriptum sup. ras., et Syrus. Meus 596 primo השביעי *septimo*, qui praeterea pro se-

quenti בתשעה *die nono* primo legebat בשבעה *die septimo*, ut suspicatur Kennicottus legisse collationis suae 96.

XXXIX 4 ויצא *et egressus est via deserti* — ויצאו *et egressi sunt via deserti*, Kenn. cod. 1, 23, 139, 145, 182, 246, 249, primo 130, mei 663, 737, nunc 815, Proph. Soncinenses 1486, Syrus, Theodotio, Vulgatus, Targum cod. mei 737, et Arabs ex ms. Oxoniensi, ex quo conjicitur sic olim lectum in Lxx, in quibus modo hic versus deest.

XXXIX 5 בערבות ירחו *in campestribus Jericho*. Post haec verba addunt כל חלו נפיצו מעלו *et omnis exercitus ejus dispersus est ab eo*, Kennic. 96, mei 380, primo 211, nunc seu ad margin. 663, Syrus et Arabs ex ms. Oxoniensi. Lxx et Arabs Parisiensis omittunt. V. 7 לביא. Kenn. 150 להביא cum ה expresso.

XXXIX 9 בבל. Quidam בבלה *in Babel*, ut Kenn. 93, 198, primo mei 211, 226.

XXXIX 12 כאשר *sicut* — אשר *quod*, Kenn. 150, primo meus 409. Syrus *et omne quod*. In multis, ut et in Bibliis Soncinensibus, deest אם, quod masorethae notant scribi, sed non legi. Pro עשה Prophetae Soncin. עשי, mendum quod ex prima manu habet cod. meus 663.

XL 1 באזקים *in vinculis*. Codices nonnulli Kenn. ac mei בזקים abjecto א, pauci בזקים, alii cum utraque Soncin. editione ac Brixiensi plene באזיקים.

XL 4 על ידך *super manu tua* — על ידיך *super manibus tuis*, Kenn. 3, 4, 23, 94, 96, 112, 115, 116, 150, 154, 158, 160, 168, 172, 178, 187, 224, 251, 253, 602, primo 82, 141, forte 128, ex collatione Henr. Michaëlis 375, seu Erfurt. 5, ex mea 421, mei 2, 20, 24, 26, 174, 226, 341, 380, 409, 411, 413, 463, 509, 560, 663, 737, 789, 815, 824, primo 579, 596, exter. 1. Biblia Soncinensia, Brixiensia, Veneta bina anni 1518, Veneta 1521, Basileensia Munst. omnia 1534, 1536, 1546, Parisiensia Roberti Stephani in 4., Hamburgensia Hutteri 1587, Prophetae Soncinenses 1486, Pisaurenses 1516, Pisaur. alii 1520, Jeremias Ulyssiponensis 1492, Lxx, Syrus, Vulgatus, Arabs, Targum cod. ext. 1.

XL 8 ויונתן *et Jonathan*. Deest in Kenn. cod. 145, 154, primo in meis 20, 409, 596, in Lxx et Arabe. Nullus ישמעאל sine ו cum Lxx, Syro et Arabe. Confer. Michaëlis *Bibl. or.* T. XVII p. 179.

Ibid. בני קרח *filii Kareach* — בן *filius Kareach*, cod. Kennic. 23, 89, 96, 145, 149, 154, 155, 160, 201, 224, 250, 601, primo 182, forte 178, ex mea collat. 421, mei 20, 226, 305, 319, 341, 440, 560, 715, 815, 824, primo 2, 24, 25, 174, 295, 409, 596, Prophetae Soncinenses 1486, Lxx, Chaldaeus et Arabs.

XL 13 בשדה *in agro*. Nonnulli codices אתו *cum eo*, ut Kennic. 4, 93, 101, 150, 195, 249, sed hic primo ex ms. collatione, ex meis 380. Utrumque Kenn. 187 et Targum.

XL 14 בעלים *Bahalis* — בעלים *Bahalim*, Kenn. 1, 99, 150, primo 139, videtur 182, mei 3, 20, 174, 226, 411, 413, 548, 554, 596, 715, 737, 789, 815, primo 23,

409, 440, 575, nunc 341, Biblia Brixiensia, Antiqua in fol. sine anno et loco, Veneta 1766, ad marg. Veneta utraque 1518, Targum cod. mei 737, et Josephus lib. x *Antiquit.* IX 3. Confer. Michaëlis *Bibl. or.* T. XVII p. 180. Kennic. 158 primo כעלים. Dubios hic nonnullos ex meis omitto. » Extant codices, qui nomen hoc legunt cum *mem*, sed in accuratioribus legitur cum *samech*, quod et Kimchius tradit », notat ad h. l. Norzius.

XLI 3 את אנשי *viros* — ואת *et viros*, Kenn. 4, 89, 116, 145, 178, 180, 201, 224, 253, primo 130, 139, mei 20, 226, 737, primo 24, 196, 579, 663, 815, nunc 440, Biblia Soncinensia, Brixiensia, Prophetae Soncinenses, Vulgatus, Syrus, et Origen. nota hexaplaris apud Montfauconium. In Lxx et Arabe vacat hic versus.

XLI 6 ובכה *et flens* — וּבָכֹה in infin. *et flendo*, codices mei 23, 174, 186, 226, 346, 411, 413, 440, 663, 737, 815, primo 26, 187, 548, nunc 554, ex Bibliis Halens. Erfurt. 3, Biblia Veneta 1678, Ven. 1730, Veneta 1766, Pisana 1781. Sic alia exemplaria legere ad margin. monent Biblia Veneta 1690, et 1739. Contra cit. editiones notant in aliis legi in participio, ut fert lectio communis. Sed conferantur quae fuse contra has Venetas editiones ad h. l. in Bibliis Mantuanis 1742 notat Raphaël Basila. Cod. meus 380 ובכו.

XLI 7 כבאם *cum venirent illi*. Nonnulli codices בבואם *dum veniebant illi*, etiam ex Kennicottianis, licet hic nulli in Kenn. Bibliis afferantur. Sic praesertim Erfurtenses tres, 1, 2, primo 5 in Bibliis Halensibus a Kennic. omissi.

XLI 9 ביד *in manu Godoliae* — ביר *puteus* vel *cisterna Godoliae*. Ita cod. meus 226, ut legendum conjecerat Michaëlis *Bibl. or.* T. XVII p. 181.

XLI 10 וישבם *et captivos deduxit eos* — וישכם *et mane surrexit*, Kenn. 150, primo 158, 182, mei 295, 554, primo 380, 440, 545, 548, 737, 789. Origen. nota in Montfauc. *Hexaplis* καὶ ὤρθρισεν. Quidam וישבָּם cum *kametz*, inter quos meus 211 primo. Multi ואת בנות *et filias*.

Ibid. לעבר *ad transeundum* — לעבד *ad serviendum*, Kenn. 112, videtur 93, mei 24, 25, 26, 174, 187, 411, 440, 554, 737, 824, videtur 789, primo 4, 211, 380, videtur primo 305, Prophetae posteriores Pisaurenses 1520, Targum cod. mei 737, Comm. Abarbanelis in Proph. Pisaurens. 1520. Pisaur. editio 1516 legit ר. Lectionem hanc exhibent etiam ad margin. Biblia Bombergiana 1518.

Ibid. אל בני *ad filios* — את בני *cum filiis*, Kenn. 2, 93, 96, 116, 154, 175, 253, mei 186, 187, 211, 305, 341, 346, 440, 463, 548, 575, 576, 596, 715, 737, 824, primo 26, nunc 210, Prophetae Soncinenses 1486, non forte, ut notat Kennicottus, sed aperte, Prophetae Pisaurenses 1516, Pisaurenses alii 1520. Jeremias Ulyssiponensis 1492, ad marg. Biblia Veneta 1518. Notat Norzius ita legi in *Meir nediv*, sicque scriptum se reperisse in vetustis quibusdam mss. hispanicis et in Proph. Pisaur. 1520.

XLI 16 גברים *viros* — גבורים *fortes*, Kenn. 150, 158, primo meus 226, Lxx, Vulgatus et Arabs.

XLI 17 במהם in textu multi utriusque collationis, Biblia Soncinensia, Brixiensia, ac Soncinenses Prophetae 1486. במהום Kenn. 227.

XLII 2 אלהיך *Deum tuum* — אלהינו *Deum nostrum*, Kenn. 154, meus 20, Targum cod. mei 737, ac primo Targum cod. ext. 1.

XLII 3 אלהיך *Deus tuus* — אלהינו *Deus noster*, Kenn. 93, 201, meus 20, primo 380, Prophetae Soncinenses 1486, et Syrus. אלהים Kenn. 89 primo et cod. Alex. Lxx.

XLIII 10 עבדי *servum meum*. Deest in cod. Kenn. 224, Lxx et Arabe. Codex meus 380 לעבדי *in servum meum*.

XLIV 3 המה אתם ואבתיכם *ipsi, vos, et patres vestri* — המה ואבותם *ipsi et patres eorum*, primo meus 211, et Syrus. Alii omittunt אתם, Kennic. 176, et primo meus 596 המה, Lxx vero et Arabs legunt אשר אתם לא ידעתם *quos vos ignoratis*.

XLIV 4 אליכם *ad vos* — אליהם *ad eos*, Kenn. 614, Syrus, et Houbigantius. V. 6 multi ולשממה.

XLIV 7 יהוה אלהי צבאות *Dominus Deus exercituum* — יהוה צבאות *Dominus exercituum*, Kenn. 30, 72, 145, 253, meus 737, nunc 545, Biblia Soncinensia, Prophetae Soncin., Syrus, Vulgatus, Targum cod. mei 737. Concinunt Lxx et Arabs *Dominus omnipotens*. Mei 20, 305 legebant primo solum יהוה.

XLIV 8 במעשי *in operibus* — במעשה *in opere*, Kenn. 1, 30, 84, 89, 93, 96, 115, 116, 150, 154, 172, 195, 198, 201, 226, 227, 253, primo 139, 141, 224, forte 2, 91, ex Bibliis Halensibus 375, seu Erfurtensis 5 primo, ex mea collat. 475, mei 20, 23, 26, 174, 226, 319, 380, 545, 554, primo 24, 187, 409, 440, 518, 579, 596, 663, et ut videtur 824, ext. 84, primo 2, Biblia Soncinensia a Kennicotto omissa, Brixiensia, Prophetae posteriores Soncinenses 1486, Pisaurenses 1516, Pisaur. 1520, ad margin. Biblia Veneta 1518, Syrus.

Ibid. לכם *vobis*. Testantur Biblia rabbinica 1525 *in libro accurato legi* להם *ipsis*, quem tamen mendosum habet Norzius. Ita primo Kennic. 252, ac meus 1, notam autem illam conceptis verbis exhibet etiam ad marg. codex meus 824, unde forte hausit R. Jacob Chaiim.

Ibid. בכל *in omnibus* — לכל *omnibus*, Kenn. 23, 96, 116, 145, mei 305, 341, 737, primo 25, 663, nunc 24, ext. 1, Biblia Complutensia, Prophetae Soncin., Jeremias Ulysiponensis 1492, cod. Alexandr. Lxx, Vulgatus. Ext. 1 notat tamen ad marg. בקצת ספרים בכל. Pauci ולכל, ut Kenn. 201, nunc 224, primo mei 20, 545. Nonnulli defective גי, quos sequuntur Biblia Veneta 1518, Basileensia 1536, Roberti Stephani in 4., Nisselii 1662.

XLIV 12 ארץ *terram* — אל ארץ *ad terram*, cod. meus 579, nunc 341, 554, Biblia Soncinensia a Kenn. omissa, Biblia Brixiensia, Prophetae Soncin.. Deest in Kenn. 201, ac meo 737.

Ibid. ברעב *in fame* — וברעב *et in fame*, Kenn. 1, 2, 23, 73, 84, 93, 96, 101, 102, 139, 144, 145, 150, 154, 155, 158, 168, 180, 182, 198, 201, 224, 226, 227, 228, 249, 252, primo 141, forte 82, mei 4, 20, 27, 174, 186, 187,

196, 226, 319, 380, 545, 548, 554, 663, 815, primo 24, 26, 210, 211, 305, 409, 440, 596, 737, nunc 518, Biblia Complut., ac versiones omnes. Haec eadem codicum discrepantia v. 13.

Ibid. לשמה *in stuporem* — ולשמה *et in stuporem*, Kenn. 1, 2, 23, 30, 72, 84, 94, 96, 102, 116, 126, 145, 150, 154, 158, 160, 175, 176, 178, 182, 187, 198, 201, 210, 226, 227, 228, 602, primo 91, 139, mei 4, 20, 27, 186, 226, 295, 380, 440, 545, 663, 789, 824, primo 24, 187, 210, 211, 319, 409, 554, 596, nunc 579, Biblia Veneta utraque 1518, in textu, non ad marg., ut notat Kennicottus, Biblia Veneta 1521, Basileensia omnia 1534, 1536, 1546, Parisiensia Roberti Stephani in 4., Hamburgensia Hutteri 1587, Ven. 1613, Veneta 1615, Nisselii 1662, Veneta 1678, Veneta 1690, Veneta 1730, Veneta 1739, Veneta 1766, Pisana 1781, Prophetae posteriores Pisaurenses 1516, Pisaurenses alii 1520, Jeremias Ulyssipon. 1492, Syrus, Chaldaeus, Vulgatus. Lxx et Arabs non legunt. Norzius, qui hic codicum et editionum dissensionem notat, monet innitendum non esse masorae impressae sub fin. cap. XXIV Jeremiae.

XLIV 14 ארץ *terram Juda* — בארץ *in terram Juda*, Kenn. 1, 23, 72, 93, 96, 150, 154, 158, 168, 198, 224, nunc 30, 225, mei 174, 211, 440, ad marg. ס״א בארץ 319. Alii, ut Kenn. 89, 178, mei 737, 824, אל ארץ *ad terram*.

XLIV 17 למלכת *reginae* — למלאכת *operi*, Kennic. 1, 4, 30, 72, 116, 150, 154, 158, 173, 178, 180, 295, primo 2, 82, 89, mei 3, 20, 305, 409, 440, 737, 815, primo 24, 187, 211, 545, 579, 663, 782, 789, et Biblia Complutensia. Puncta etiam vocalia communis lectionis tum hic, tum in sequentibus versibus, sunt nominis מלאכת.

XLIV 18 pro מלכת iterum מלאכת legunt Kennic. 1 marg., 4, 30, 72, 96, 99, 116, 150, 154, 173, 178, 180, 224, 295, forte 2, primo 82, 89, mei 3, 20, 380, 409, 440, 518, 554, 715, 737, primo 211, 545, 596, 663, 782, 789, nunc 226.

XLIV 19 idem Kenn. 1, 4, 30, 72, 96, 115, 116, 150, 154, 178, 180, 201, 252, forte 2, primo 82, 89, 113, mei 3, 20, 226, 380, 409, 440, 518, 554, 715, 737, 815, primo 24, 187, 545, 663, 782, 789.

XLIV 20 הגברים *mares* — הגבורים *fortes*, Kenn. 224 apud Lilienthalium p. 288, Lxx et Arabs. V. 22 לשמה sine ו multi codices, inter quos primo meus 782 hisp. ac Prophetae Soncin.

XLIV 25 ובידיכם *et in manibus vestris* — ובידכם *et in manu vestra*. Ita in sing., etiam quoad puncta, codices mei 4, 174, 196, 211, 226, 305, 346, 548, 554, 737, primo 25, 782, nunc 380, Biblia Veneta 1518, Veneta 1521, Basileensia Munsteri 1534, alia ejusdem 1546, Parisiensia Roberti Stephani in 4., Veneta 1613, Veneta 1615, Prophetae posteriores Pisaurenses 1516, Pisaurenses alii cum Comm. Abarb. 1520. Ita etiam in Bibliis Halensibus tres codices Erfurtenses, 1, 2, primo 5. Defecti-

ve ובידכם Kennicottiani multi, quibus adde ex meis 3, 20, 24, 210, 319, 411, 463, 512, 545, 560, 579, 596, 715, 826, primo 23, 440, 663, nunc 25, Biblia Sonc., Brixiensia, et Jeremias Ulyssiponensis 1492.

Ibid. למלכת. Hic quoque למלאכת cum א inserto legunt codices non pauci, Kenn. 1, 4, 30, 72, 96, 115, 116, 150, 154, 180, 226, 227, primo 2, 82, 89, 178, mei 2, 3, 380, 409, 411, 440, 512, 518, 715, 737, 789, 815, primo 24, 545, 554, 575, 782, nunc 226, et Biblia Soncinensia.

Ibid. נדריכם 2° *vota vestra* — נסכיכם *libamina vestra*, cod. Kennic. 226, 228, 250, forte 4, mei 380, primo 211, 554, nunc 663, et Chaldaeus.

VII 20 שקוציהם *nequitiarum eorum*. Cum ו, seu conjunctione Kenn. 1, 23, 96, 116, 150, 154, 180, 182, 224, 226, nunc 201, mei 2, 174, 196, 305, 341, 380, 663, 715, 737, 824, primo 211, nunc 20, Prophetae Soncinenses, Syrus, Vulgatus, Targum cod. mei 737. Lxx et Arabs omittunt. Pro עדיו forte עדים Kenn. 28, ut vult Houbigantius.

VII 24 עזים *fortium* — עזם *fortitudinis eorum*, primo meus 715, Lxx, Arabs.

VII 27 ובמשפטיהם *et in judiciis eorum* — וכמשפטיהם *et secundum judicia eorum*, Kenn. 112, 115, 150,

154, 155, 210, forte 116, mei 187, 196, 226, 295, 380, 509, 518, 663, 667, 737, 789, primo 26, 210, Vulgatus.

VIII 2 כמראה אש *sicut aspectus ignis*. Lxx et Arabs כמראה איש *sicut aspectus viri*, quod anteponit Houbigantius, sed nullus ex collatis codicibus servat. Solus Kennic. 89 posteriori loco pro אש primo habebat איש.

VIII 3 המקנה. Ita cum ה a קנה *possidentis* legunt Lxx et Arabs. Reliqui omnes a קנא ex consueta litterarum permutatione *ad zelotypiam provocantis*, et המקנא cum א legunt Kenn. 158, 225, meus 26 hispanus. Sic scriptum erat in codicibus Amisrachi, sicque locum hunc citat Kimchius in *Libro radicum*, quamvis mendose hoc fieri in *Libro radicum* notet Norzius, producatque ms. codicem qui legit המקנה. Quinque antiquiores hujus libri editiones, quae apud me extant, Antiqua in fol. sine anno et loco omnium princeps, Neapolitana 1490, Neapolitana altera 1491, CPolitana 1513, Ven. 1547, omnes legunt המקנא. At vero in codice meo 791 legitur per ה, qui forte idem est codex, quem Norzius memorat, nam non modo Mantuae emptus est, ubi ille degebat, et sat antiquus est anni 1364, sed pertinebat ad familiam Norzii et ad calcem dicitur venditus anno 1492 ab Abrahamo filio Mardochaei Finzi R. Danieli fil. R. Jehudae de Norzi. Cum ה legit etiam codex alius meus hujus libri 738 antiquior anni 1316, et Kimchius ipse in *Comm.* in h. l., ac R. Parchon in inedito suo *Lexico*, quod ex antiquioribus lexicis concinnavit, habet et ipse המקנה. Illud autem observatione dignum, quod Kimchius in hoc afferendo textu legit סמל הקנאה הזאת addito הזאת. Ita citati cod. mei 738, 791, editio antiqua sine anno et loco, Neapolitana utraque an. 1490, et 1491, et CPolitana 1513. Bini codices Kennicott., 93, 150, ac totidem mei ex prima manu, 20, 380, המקנה.

VIII 16 משתחויתם *incurvantes se* — משתחוים multo melius Kennic. 1, 30, 96, 145, 182, 198, 224, 253, forte 158, primo mei 20, 24, 409, 545, 548, 575, 782, nunc 305. Emendanda ergo lectio communis, potissimum quum in confirmanda lectione regulari משתחוים bini hispanici mei codices consentiant, 575, et 782 Toletanus an. 1277 magnae apud Norzium auctoritatis ac fidei.

VIII 17 התועבות *abominationes*. Praemittunt כל *omnes*, Kennic. 225, 253, mei 596, primo 2, 663, et primae tres antiquiores editiones, Soncinensis utraque et Brixiensis.

IX 1 כלי *instrumentum* — כלי *instrumenta*, codices mei 3, 4, 20, 23, 174, 186, 187, 211, 226, 295, 319, 341, 380, 413, 504, 548, 554, 575, 579, 663, 715, 824, primo 196, 305, Biblia Soncinensia, Lxx, Syrus, Arabs.

IX 2. Eandem variationem, seu plurale כלי exhibent mei 4, 20, 23, 174, 295, 319, 341, 380, 411, 413, 504, 548, 554, 575, 579, 824, primo 187, 196, 305, Biblia Soncinensia ac Syrus.

IX 5. Pro mendoso על recte אל *ne* in textu legunt mss. codices quamplures, Kenn. ac mei, Biblia Soncin., Brixiensia, Antiqua in fol. sine anno, Complutensia, Munsteri utraque hebr.-

latina 1534, 1546. Sic עינכם, ut fert Kerì et contextus, alii multi legunt, et utraque citata Munsteri editio. V. 7 והכו. Meus 575 hisp. primo ויכו.

IX 8 כהכותם *quum percussissent illi* — בהכותם per ב Kenn. 1, 28, 29, 30, 72, 115, 139, 182, 246, mei 20, 305, 341, 380, 579, 596, 667, 737, 789, primo 26, 409, 545, et ut videtur, 548, et Biblia Brixiensia in Kenn. Bibliis omissa.

Ibid. ונאשאר *et relictos* — ונשאר sine א epenthetico Kenn. 67, 72, 93, 115, 145, 150, 153, 154, 180 marg., 182, 201, 251, mei 20, 26, 380, 409, 554, 667, primo 305, 440, 545, 596, 789. Meus 715 ad marg. ונשאר ק׳. Kennic. 226 א׳ ק׳ לא. Pauci ונאשר, quibus accensendus videtur meus 782 primo, qui habet שאר in angusto spatio rescriptum.

Idem ונאשאר *et relictus* — ואשאר omisso נ *et superstes fui*, vel *remansi*, Kenn. 1, 28, 210 marg., 224, primo mei 24, 226, 737. Conf. Houbigantius.

IX 9 דמים *sanguinibus* — חמס *violentia*, Kenn. 253, Biblia Soncinensia, Brixiensia; Antiqua sine anno et loco, Biblia Munsteri 1534, alia ejusdem 1546, ad marg. Biblia Veneta 1518, in Appendice Basileensia 1536, non in textu, ut ferunt notae Kennicottianae. Ita Targum cod. mei 737. Lxx legerunt עמים, ceteri דמים. Norzius in h. l.: » ותמלא הארץ דמים *Et replebitur terra sanguinibus*. Sic vidi in aliquibus libris, sicque vertit Jonathan חיבי קטול. At vero in uno codice ms. accurato et antiquo, et in una antiqua editione scriptum est ותמלא הארץ חמס *et replebitur terra violentia*. Kimchius primum exposuit *et replebitur terra violentia*, sub finem vero verborum suorum scripsit in accuratis quibusdam libris legi *et replebitur terra sanguinibus*, idest *effundentibus sanguines* ». Haec sane est Kimchii lectio tum in editis, tum in mss. ejus *Commentarii* codicibus. Illud ergo mirandum ex Kennicottianis codicibus in integrum collatis, et ex meis diligenter et quidem bis in h. l. inspectis nullum habere חמס, omnes דמים. Nam Kenn. 253 editionibus ipsis recentior est, et ex iisdem, ut monuimus, haustus. Ex meis solus 579 aperte legit דָמָם cum *kametz*, *sanguine eorum*, quod conjici posset occasionem dedisse lectioni חמס Soncinensi typographo, qui eum codicem certe habebat ob oculos, nisi Kimchii et Norzii auctoritas obstaret, ac fides productorum codicum.

IX 11 כאשר *sicut praecepisti mihi* — ככל אשר *juxta omnia quae praecepisti mihi*, Kennic. 1, 93, 96, 101, 115, 116, 126, 150, 154, 172, 201, 225, 249, 253, primo 158, forte 3, mei 174, 186, 341, 380, 409, 504, 545, 554, 596, 663, 667, 737, primo 2, 211, 560, 575, 782, Biblia Soncinensia, Complutensia, Talmud Babylonicum, Targum cod. mei 737, ac Kerì. Inutilis tamen masoretharum correctio et contra omnium veterum fidem, unde retinendum Chediv, seu lectio textualis, multique codices legunt כאשר cum suis punctis sine ullo Kerì. Sic mei 4, 226, 319, 411, primo 23, 463, aliique. In aliis vera scriptio textus masorethici est כ אשר cum *caph* separato, sicque Biblia antiqua in fol. sine anno, editiones Pisaurenses, ac Nisseliana 1662. Brixiensis

1494 legit ככל, non בכל, ut ferunt notae Kennicottianae, quamvis ב typographico errore hic irrepsisse videatur pro כ. Demum Kenn. 182, 210, ac meus 196 legunt אשר *quod praecepisti mihi*, ac meus quidem, licet hisp. ac masorethicus sit, sine ullo Keri et emendatione.

X 7 לכרובים *Cherubim*. Cod. meus 26 hispanus primo הכרובים, sicque *alii libri* in margine 319. Contra pro הכרבים quod sequitur, legunt לכרובים per ל Kennic. cod. 4, 30, 93, 96, 115, 116, 126, 150, primo 28, 128, mei 26, 305, 440, 504, 737, primo 211, 409, ac Biblia Complutensia. Meus 319 iterum notat ita alios libros legere.

X 11 לא יסבו 1° *non circuibunt* — ולא *nec circuibunt*, Kenn. 1, 4, 228, primo mei 409, 663, nunc 554, Biblia Soncin., Brixiensia, Syrus, Vulgatus et Arabs.

Ibid. Iterum ולא יסבו cum nexu posteriori loco habent Kenn. 1, 72, 150, citati codices mei, Biblia Soncinensia, Brixiensia, Prophetae Sonc. et omnes versiones.

X 17 אותם. Kenn. 224 seu Regiomontanus 2 apud Lilienthalium p. 297, ac meus 715 אתם *cum illis*. Defective multi, inter quos meus 782 primo.

X 21. Sub initium versus legunt וארבעה codices nonnulli, inter quos iterum meus 782 Toletanus ex prima manu ac Prophetae Soncinenses. Idem codex notat pro לאחד orientales legere לאחת.

XI 6 ומלאתים *et implevi eos* — ומלאתם *et implevistis*. Ita recte masora emendat, ac מלאתם in textu praeseferunt plurimi codices utriusque collationis. Inter hos hispani multi ac praestantissimi, ut mei 4, 23, 26, 187, 295, 341, 346, 463, 518, 576, 782, multae etiam editiones, Soncinensis utraque, Brixiensis, Antiqua sine anno et loco, Complutensis, Munsteriana 1536, Nisseliana, Halensis, Mantuana cum Norzii notis, Lipsiensis 1752. Monet Norzius in uno codice accurato Toleti conscripto legi sine *jod*, ad margin. vero notari juxta orientales legi ומלאתים. Cod. ille Toletanus est meus 782, qui reapse ita legit notatque ad marginem.

XI 7 הוציא *eduxit* — אוציא *educam*, Kenn. 4, 89, 93, 149, 150, 153, 154, 158, 160, 182, 198, 206, 224, 225, 226, 253, 309, 330, 337, 366, 375, 428, 461, 471, 490, 530, 531, 559, 560, 575, 576, 598, 632, forte 96, 249, 542, ה sup. ras. 297, 355, mei 174, 211, 380, 440, 548, 715, 737, primo 2, 20, 187, 226, 409, 596, nunc 663, Biblia Soncinensia, ad marg. Veneta 1518, ac versiones omnes. Kenn. 23, ac meus 319 notant ad marg. *alii libri* אוציא, sicque necessario legendum contendunt Houbigantius ac Kennicottus *Diss. gen.* §. 48 p. 21. Atque infinitivum si retineatur, hic pro finito et futuro poni contextus ipse demonstrat.

XI 13 כהנבאי *quum prophetarem ego* — בהנבאי *dum prophetabam ego*, Kenn. 30, 250, mei 2, 579, primo 440, nunc 663, Biblia Brixiensia, Prophetae Soncinenses, ac Pisaurenses 1520. Pisaurenses alii 1516 legunt per כ. In aliquot codicibus legi per ב jam animadverterat Norzius.

XI 15. Secundum אחיך *fratres tui* omittunt Kenn. 201, 253, primo mei 20, 24, 380, Lxx et Arabs.

XI 16 אמר *dic*. Abest a Kennic. 30, 96, 126, 201, ex prima manu a meis 20, 319, 380, 667, nec legunt Syrus, Chaldaeus, Vulgatus.

XI 17 אמר *dic*. Abest iterum verbum hoc a Kenn. 1, 4, 28, 29, 96, 112, 251, primo a meis 350, 409, 545, a Syro et Arabe. Aberat etiam primo cum praecedenti לכן a meo 667.

XI 19 ונתתי להם *Et dabo eis cor unum* — ונתתי לכם *Et dabo vobis cor unum*, Kennic. 1, 114, 150, 253, primo 91, 155, forte 93, mei 3, 512, 554, primo 211, 409.

Ibid. לב אחד *cor unum* — לב חדש *cor novum*, Kenn. 150, 158, 160, Biblia Veneta 1518 ad marg., et Syrus. Cod. meus 20 *alii libri* חדש. Cum Syro in Polyglottis edito consonat codex Ambrosianus antiquissimus versionis simplicis ܚܕܬܐ.

Ibid. בקרבכם *in interiori vestro* — בקרבם *in interiori eorum*, Kennic. cod. 23, 30, 82, 101, 154, 160, 175, 225, 228, 246, 601, 602, nunc 150, 158, 172, 176, 198, primo ut videtur 72, 139, ex Bibliis Halensibus nunc 375, seu Erfurtensis 5, ex mea collatione 420, mei 4, 26, 196, 295, 341, 346, 440, 518, 576, 663, primo 23, nunc 2, 174, 211, 304, 409, 413, 596, 789, exter. 103, nunc 1, Biblia Soncinensia, Mantuana 1742, contextus analogia, ac versiones omnes antiquae. Chaldaeus ac Vulgatus *in visceribus eorum*, Lxx, Syrus, Arabs *in ipsis*. Ita ad marg. Biblia utraque 1518. Cod. meus 187 בקרבהם. Digna quae hic sistantur, Norzii verba, quibus rationes suppeditat lectionis hujus a se restitutae. » *Et spiritum novum dabo in corde eorum*. In multis exemplaribus scriptum est *in corde* vel *interiori vestro*, et sic primum ego scripsi in meo autographo, etsi viderem in aliis exemplaribus בקרבם *in interiori eorum*. Postea vero spiritus novus fuit mecum, ut scriberem בקרבם *in interiori eorum*, quum viderim alia exemplaria sic scripta ex antiquioribus petita. Sicque scriptum est in *Meir nediv* in rad. נתן et קרב, et sic eruitur ex *Commentario* R. Isaaci Abarbanelis. Contextus etiam sic postulat, qui totus non loquitur in secunda persona, ut et versus praecedens, ac subsequens. Ita quoque transtulit Jonathan במעיהון *in visceribus eorum*. Et sane durum vel grave mihi est valde immutare libros; loquor tamen ut comprobem chirographum secundum cordis mei, et forte erraverunt ex versu alio cap. XXXVI qui totus est in secunda persona, ut et in antecedentibus ac consequentibus. Dominus acceleret et festinet tempus illud, quo amoturus est ab interiori nostro perplexitates, et quo lex una et judicium unum futurum est nobis. Sic fiat ». Houbigantius: » Incoepit oratio in persona tertia superiore versu, atque in eadem continuatur inferiore. Itaque melius Graeci interpretes omnia exsequuntur persona tertia hoc ipso versu 17, et postea v. 19, ubi postquam dictum est *dabo eis cor unum*, sequitur *et spiritum novum dabo in medio vestrum*, quae perturbatio manifesta est hodiernis in codicibus. Omnes veteres exhibent vers. 19 affixa personae tertiae ». Communis lectio בקרבכם, quam

nihil haesitans mendosam habeo, ex Hilleliano codice videtur profluxisse, qui teste cod. Kenn. 82 ad marg., ac cod. meo 413 ita legebat; sed recte secunda manus in eodem codice illam emendavit, et inter productos meos codices novem hispani protographi Hillelianae lectioni opponuntur.

Ibid. מבשרם *de carne eorum* — מבשרכם *de carne vestra*, Ken. 1, 72, 96, 115, 150, 155, 158, 180, 224, 253, 602, primo 28, forte 116, ex Bibliis Halensibus 375, ex mea collatione 475, uterque primo, mei 20, 25, 174, 319, 737, primo 2, 187, 211, 409, 545, 548, 579, 596, exter. 1, 84, Biblia Soncinensia, Brixiensia, Antiqua in fol. sine anno et loco, ad marg. Biblia Veneta 1518.

Ibid. להם 2° *eis* — לכם *vobis*, Kenn. 1, 93, 150, 155, 224, 253, primo 28, 72, nunc 3, primo mei 2, 20, 409. Margo 319 *alii libri* לכם.

XI 21 ואל לב *Et ad cor contaminationum suarum* — ואל כל *et ad omnes contaminationes suas*, primo Kenn. 126. Conf. Houbig.

XII 11 יעשה להם *fiet eis* — יעשה לכם *fiet vobis*, Kenn. cod. 149, 180, 253, forte 28, nunc 145, 224, mei 20, 440, 579, 596, primo 2, 663, Biblia Soncinensia, Brixiensia, Prophetae Soncinenses, et Syrus. V. 12 את הארץ. Cod. meus 440 primo על הארץ. Mendose פנך Prophetae Pisaurenses, et ad marg. Biblia Veneta 1518.

XII 16 מרעב *a fame* — ומרעב *et a fame*, Kenn. 1, 24, 72, 96, 126, 178, 198, primo 290, mei 23, 226, 305, 380, 413, 575, primo 20, 409, nunc 187, ex secunda manu, sed rursus deletum 1, 782, Prophetae Pisaurenses 1516, Pisaurenses alii 1520, ad marg. Biblia Veneta 1518, ac versiones omnes praeter Chaldaeum. Sic correctum testatur Norzius in antiquo codice ms., qui est cit. meus 782.

XII 19 ארצה *terra ejus* — ארצם *terra eorum*, Kenn. 23, 28, 30, 224, 249, forte 116, meus 174, 715, primo 545, Prophetae Soncin.. Meus 319 ad marg. *alii libri* ארצם.

Idem ארצה *terra ejus* — ארץ *terra* sine suffixo primo meus 596, et antiquae omnes versiones. Pro ממלאה *a plenitudine ejus*, Kenn. 224 ומלאה *et plenitudo ejus*.

Ibid. ומקסם חלק *et divinatio blandientis*, vel *blanda*. Biblia Brixiensia ומקסם חדל *et divinatio cessabit*. Cod. Kenn. 549 Parmensis Regius hic a me collatus ומקסם כזב *et divinatio mendacii*, vel *falsa*.

XII 24 בית *domus* — בני *filiorum*, Kenn. 4, 72, 198 marg., 224, 225, primo 116, 158, ex mea collatione 421, 549, mei 20, 24, 518, 667, 715, primo 23, 25, 440, 737, primo exter. 1, Biblia Amstelodamensia Menassè ben Israel sine punctis 1630, ad margin. Veneta utraque 1518, ac versiones omnes. Ita *alii libri* ad marg. cod. mei 319.

XIII 7 ואמרים. Nexum, quem notat Houbigantius seriem abrumpere, omittunt Kenn. 30, 158, 176, 357, meus 305.

XIII 18 ידי *manuum*. Est pro ידים, ac ידים legunt Kenn. 154, 313 margin., 597. Bini ex meis, 2, 211 יָדַי, 380 ad margin. יתיר י׳ *jod redundat*, 545 primo ידו, Kenn. 96, 158, primo 403 ידו.

XIII 19 ולחיות *et ad vivificandum*. Codices nonnulli utriusque collationis ולהחיות cum ה conj. Hiphil expresso.

Ibid. כזב *mendacium*. Codex meus 380 דברי כזב *verba mendacii*. Favent Lxx et Arabs. Kennic. 313 inserit et ipse דברי, sed pro praecedenti שמעי. In sing. שמע כזב *audienti mendacium* Kenn. 206.

XIII 20 נפשים *animas* — נפשם *animam eorum*, Kennic. 72, 96, mei 305, primo 409, 545, Targum cod. mei 737. Sic etiam cum suffixo *animas eorum* Lxx, ac Syrus Hexaplaris Ambrosianus ܢܦܫܬܗܝܢ ܕܝܠܗܝܢ *animas earum*. Forte אתן מצדדות foemin. Kennic. 30.

XIII 21 מידכן *de manu vestra* — מידכם cum affixo masc. Kennic. 93, 96, 154, 225, 226, 227, mei 174, 226, 667, primo 545, 596.

Ibid. יהיו *erunt* — יהיה *erit*, cod. meus 305, primo 440, sed ille cum Kerì יהיו.

Ibid. בידכן *in manu vestra* — בידכם masc. Kenn. 23, 96, 114, 126, 159, 182, 195, 226, primo 94, mei 3, 26, 174, 186, 512, 518, primo 20, 596. Norzius in h. l.: » Libri dissentiunt, et quis det ut veniant viri synagogae magnae qui rem definiant? In aliquibus codicibus Germanicis antiquis et multorum annorum scriptum est בידכם cum *mem*, sicque reperi in antiquissimo exemplari hispanico ex prima manu, etsi abrasum sit ex secunda manu *mem* et factum *nun*, et sane in exemplari accurato Toletano (meo 782) et in aliis quoque codicibus mss. scribitur per *nun*, ut proximum מידכן hujus versus, sicque extat in *Libro radicum*, et in *Concordantiis hebraicis* ».

Ibid. וידעתן *et cognoscetis* — וידעתם masc. Kenn. 23, 93, 126, 139, 150, 182, primo 99, 115, 128, mei 174, 226, primo 2, 24, 789.

XIV 1 ויבוא *Et venit* — ויבאו *Et venerunt*, Kenn. cod. 3, 150, 158, nunc 224 ex Lilienthalio p. 298, mei 20, 226, 554. Ita analogia, quam veteres omnes sequuntur, et apud Norzium *Scir ascirim rabbà*, seu *Magnus Comm. in Canticum*. Unus ex locis, in quibus judaeorum scribae conjiciunt sing. poni pro plurali.

XIV 4 בה. In textu בא Kenn. 112, 154, 178, 249, 254, primo 4, 158, forte 96, mei 226, 554, 576, 667, primo 2, 24, 211, 737, 789. Lilienthalius cit. l. praefert Chediv. Forte בי, ut vult Houbig., Kenn. 30.

XIV 16 שלשת *Tres* — ושלשת *Tres autem*, Kenn. 1, 23, 28, 30, 72, 94, 96, 116, 150, 158, 160, 180, 224, 246, 355, 601, mei 1, 4, 20, 24, 25, 196, 305, 346, 380, 576, 715, 737, primo 2, 226, 596, 667, nunc 440, Prophetae Soncinenses, ad marg. Biblia Ven. 1518, Lxx, Syrus et Arabs. Ita Houbigantius ac Lilienthalius, qui male consentientibus interpretibus addit Targum, latina versione deceptus. Nonnullos ita legentes codices vidit Norzius, quibus accuratiores alios opponit.

XIV 23 חנם *frustra* — אל חנם, addito אל, Kenn. 1, 4, 23, 72, 93, 102, 126, 150, 154, 158, 168, 175, 176, 182, 225, 226, 602, forte 82, 139, 252, nunc 180, 224, mei 4, 186, 196, 341, 440, 463, 663, 715, 789, primo 1, 2, 20, 210, 409, 518, nunc 3, 319, 380, 504, 737, Biblia Soncinensia,

Prophetae Soncin., Pisaurenses 1520, ad marg. Biblia Veneta 1518. In Bibliis Brixiensibus relictum spatiolum, ut pro lectoris arbitrio suppleatur אל, quod et in duobus mss. codicibus primo extitisse Norzius testatur. Ad בה Biblia Rabbinica 1525 notant in libro correcto legi לה, sed mendose, ut notat cit. Norzius.

XV 6 בעץ *in ligno* — בעצי *in lignis*, Kennic. 23, 180, nunc 224, meus 305, primo 2, 20, ad margin. Biblia Veneta 1518, ac versiones omnes. Kenn. 4, ac meus 440 בתוך *in medio sylvae*.

XVI 20 מתזנותך. Habent in textu plur. מתזנותיך *a fornicationibus tuis*, Kennic. 1, 2, 4, 23, 28, 72, 89, 91, 93, 94, 96, 112, 114, 115, 116, 126, 144, 145, 149, 150, 154, 155, 158, 159, 172, 173, 176, 178, 180, 182, 195, 198, 210, 224, 225, 226, 227, 242, 243, 250, 252, 253, primo 24, 82, 113, 128, 139, forte 141, mei 1, 2, 3, 4, 20, 23, 24, 25, 174, 186, 196, 226, 304, 319, 341, 346, 380, 409, 413, 440, 504, 509, 512, 545, 548, 554, 560, 579, 663, 667, 715, 737, 789, primo 210, 211, 305, 411, 518, 575, Biblia Soncinensia, Brixiensia, Antiqua in folio sine anno et loco, Complutensia, Munsteri bina 1534, et 1546, Veneta 1613, Veneta 1615, Veneta 1647, Prophetae Soncinenses.

XVI 25 תזנתך *fornicationem tuam* — תזנותיך *fornicationes tuas*, Kenn. 1, 4, 28, 30, 89, 91, 93, 94, 112, 115, 116, 126, 145, 150, 158, 173, 175, 178, 182, 198, 210, 224, 249, 252, primo 2, 82, 113, 128, 141, 154, mei 1, 4, 20, 23, 25, 174, 187, 196, 226, 295, 305, 341, 346, 380, 409, 413, 440, 504, 509, 545, 548, 554, 579, 596, 663, 667, 715, 737, 789, 824, primo 2, 518, 575, Biblia Brixiensia, Complutensia, Chald., Vulgatus et Kerì. Lxx, Syrus et Arabs sequuntur lectionem singularem, seu Chediv, quamvis in latina versione Syri habeatur pluralis. Cod. meus 319 pro Kerì habet ad marg. *alii libri* תזנותך.

XVI 26 תזנתך *fornicationem tuam* — תזנותיך *fornicationes tuas*, Kenn. 4, 23, 28, 30, 72, 89, 93, 94, 126, 149, 150, 158, 159, 160, 173, 180, 182, 243, 253, primo 82, ex Bibliis Halensibus 375, mei 20, 305, 346, 380, 504, 509, 545, 824, primo 2, 24, 226, 409, 440, 518, 548, 554, 579, 596, 663, nunc 737, Biblia Soncinensia ac Brixiensia, sed haec cum punctis sing. lectionis. Cod. meus 319 *alii libri* תזנותך.

XVI 36 וכדמי *et secundum sanguines* — ובדמי *et propter sanguines*, Kennic. 72, 93, 158, 159, 168, 172, 175, 180, 182, 246, forte 154, ex mea collatione 243, mei 2, 20, 23, 25, 211, 226, 305, 341, 380, 409, 554, 579, 596, 667, 715, 737, primo 440, 463, 545, 560, 782, exter. 1, Biblia Brixiensia, Biblia antiqua sine anno et loco, Veneta utraque an. 1518, Veneta 1521, Munsteri 1534, Roberti Steph. in 4., alia ejusdem in 16., Munsteri 1546, Sanctandreana 1586, Witteberg. 1587, Hutteri 1587, Amstelodamensia sine punctis 1630, Nisselii 1662, Lxx, Chaldaeus, Vulgatus et Arabs, quos sequitur Houbigantius. Norzius animad-

vertit ita sibi videri legisse Jarchium ac Jonathanem, sed in accuratis codicibus legi cum כ, ut scripserat Kimchius et Ephodaeus. Toletanus tamen meus 782, quem Norzius ob oculos habebat, et non semel accuratum appellat ac magni facit, legebat primo per ב.

Ibid. נתתי *dedisti* — נתת. Ita rectius sine *jod* paragogico mss. codices quamplures, etiam hispani, ut sunt ex meis 23, 295, 304, 341, 346, 411, 518, 548, 782, primo 187, Biblia Soncinensia, Brixiensia, Antiqua sine anno, Mantuana 1742, Prophetae Soncinenses 1486. » Profecto in uno libro, inquit Norzius, accurato Toletano (meo 782) scriptum est נתת sine *jod*, nullumque hic discrimen intercedit inter Chediv et Kerì, et juxta sententiam meam innitendum est illi, quia non numeratur hic locus inter ea quae scribuntur per *jod* in fine dictionis, nec leguntur, sub initium libri Regum, et in ms. etiam Masora illum non reperi ».

XVI 43 בראש *in caput* — בראשך *in caput tuum*, Kenn. 224 primo, teste Lilienth. p. 300, primo mei 24, 226, Lxx, Syrus, Vulgatus, Arabs.

XVI 47 מהן *prae illis* — מהם Kennic. 93, 182, primo meus 782, Biblia Pisaurensia 1517, et utraque Pisaurens. Prophetarum editio 1516, 1520.

XVI 50 כאשר ראיתי *sicut vidi* — כאשר ראית *sicut vidisti*, Kennic. 226, Vulgatus. Bini Kennic. כאשר עשיתי *sicut feci*.

XVI 51 מהנה *prae illis* — ממנה *prae illa*, Kenn. 356, seu Orat. 53. » Scriptio melior, inquit Houbigantius, quia supra nominata est Samaria una, non caeterae urbes ».

XVI 57 בנות ארם *filiarum Aram*, seu *Syriae* — בנות אדם *filiarum Edom*, Kenn. 1, 30, 126, 149, 155, 160, 168, 171, 180, 220, 228, 246, 249, 301, 313, 337, 355 marg., 366, 404, 417, 418, 423, 471, 477, 505, 506, 514, 526, 531, 535, 539, 540, 546, 575, 596, 597, 598, 601, 606, 616, 636, primo 28, 150, 158, 161, 176, 178, 203, 251, 307, 309, 361, 375, 403, 405, 420, 428, 491, 530, 590, 614, 642, 645, forte 198, 227, 542, videtur 206, mei 20, 24, 187, 211, 305, 319, 380, 411, 440, 554, primo 304, 545, 548, 560, 579, forte 824, forte primo 715, Biblia Brixiensia, Antiqua in fol. sine anno et loco, Amstelodamensia 1630, et Syrus. Confer. Kennicottus *Diss. gen.* p. 99 ad cod. 385.

XVI 58 יהוה *Jeodh*. Praemittunt אדני *Adonai*, Kenn. 4, 23, 89, 96, 102, 113, 126, 149, 150, 154, 155, 158, 173, 178, 182, 253, 601, 602, nunc 249, mei 4, 187, 380, 409, 413, 463, 518, 715, primo 2, 25, 210, 579, nunc 319, Biblia Soncinensia, Brixiensia, Antiqua in fol. sine anno et loco. Vulgat. *Dominus Deus*, Syrus *Dominus dominorum*. זאת זמתך cod. meus 26 hispanus primo, ac Syrus.

XVII 6 פארת. In multis mss. codicibus Kennicottianis ac meis Chediv, seu textualis lectio est פראות. In illorum numero hispani. Sic etiam editiones nonnullae, inter quas Biblia antiqua in fol. sine anno et loco ex hispanicis codicibus et accuratissimis de-

prompta, et Mantuana 1742 sine ullo Kerì. Norzius in notis lectionem hanc confirmat, et pro ea Kimchium producit. Alii sive mss., sive editi defective פ־את, quamquam nullum ex his, quod miror, Kennicottianae notae suppeditent. Ex mss. ita praesertim meus 782 Toletanus ex prima manu, ex editis Biblia Amstelodamensia Proopsii 1725 cum nota marg. י״ס פארת *sunt libri qui legunt* פארת cum א ante *resc*. Si retines Kerì, quod abest a multis mss. editisque codicibus, in textum certe recipiendum פראת, nam Kerì solius plenae lectionis פארות vix genuinum existimo.

XVII 7 כפנה *applicuit* — כנפה *alarum instar produxit*, Kennic. 1, 226 marg., meus 20, qui tamen non deleta textuali exhibet ad margin. aliam lectionem. Hoc tantum loco occurrit verbum istud, quod ex antiquis et recentioribus interpretibus ac lexicographis alii aliter reddunt. R. Parchon metathesim hic vel inversionem litterarum agnoscens statuit כפנה esse pro כנפה, ut כבש, et כשב.

Ibid. מערגות *ab areolis* — מערגת *ab areola*, codex meus 715, primo 211, Lxx, Syrus et Arabs. Defective multi.

XVII 9 תצלח *prosperabitur* — התצלח *num prosperabitur*, Ken. 28, 30, 150, mei 440, primo 2, 409. Ita Houbigantius cum ה, quod tamen potest subintelligi. Veteres vel interrogative vertunt, vel negationem praeponunt.

XVII 10 ערגת *areolis* — ערוגת *areola*, codices mei 380, 663, 715, primo 211, Kenn. 224, seu Regiomontanus 2 apud Lilienthalium p. 302, Lxx, Syrus et Arabs.

XVII 20 מעלו *scelus ejus* — במעלו *propter scelus ejus*, Kenn. 30, 72, 96, 150, 355, primo mei 380, 409, 440, 596, exter. 106. Ita Houbigantius auctoritatem hic secutus cod. Orat. 42. Codex meus 226 על מעלו *super scelere ejus*, ut Syrus.

XVII 21 בכל *in omnibus alis*, vel *agminibus suis* — וכל *et omnes alae*, vel *agmina ejus*, Kenn. 28, 150, 154, 158, 172, 182, 355, mei 737, primo 24, 187, exter. 106, Syrus, Targum cod. mei 737. Codex meus 380 ac primo 20 ואת כל מבחריו. in textu multi codices ac Biblia Soncin.

Ibid. דברת *locutus sum*. Omittunt Kenn. 154, seu antiquissimus Reuchlini, ac bini ex meis 715, 737, sed legunt omnes veteres.

XVIII 10 מאחד *ex uno* — מאחת foem., Kenn. 1, 23, 28, 30, 50, 72, 89, 99, 106, 115, 116, 139, 153, 154, 158, 160, 172, 182, 224, 601, 602, primo 91, 94, 141, 176, 178, mei 1 in Aphtar., 20, 23, 25, 26, 174, 186, 187, 267, 291, 295, 305, 346, 380, 409, 486, 507, 547, 579, 663, 667, 700, 715, 737, 789, 825, 868, 883, 892, primo 1 in textu, 411, 440, 575, 576, 596, 782, nunc 504, Biblia Pisaurensia 1517, Veneta utraque 1518, Proph. posteriores Pisaurenses 1516, Pisaurenses alii 1520. » Plerique codices cum *daleth*, inquit Norzius, eorum vero aliqui notant ad marg. alios libros habere מאחת ». Qui codicem meum 782 correxit, quem hac nota innuit Norzius, notavit ad marg. *alia exemplaria* מאחת מאלה, alia vero nota in eodem fert יפ׳ בספ׳ מג׳ ד׳ *egregie in libro correcto* daleth.

XVIII 14. ויראה secundum Masora emendat in ויראה quod in textu habent plurimi codices, inter meos hispani 4, 295, 346, 411, 518, 548, 576, primo 26, aliique, Biblia Soncinensia, Brixiensia, Antiqua sine anno, Veneta 1518, ac Soncinenses Prophetae. Non modo sine necessitate faciunt id masoretae, sed contra plerasque antiquas versiones. Etenim solus Chaldaeus vertit *et viderit*, Lxx, Vulgatus et Arabs *et timuerit* a ירא, Syrus non legit. » Masora mutat in ויראה, notat hic Houbigantius, melius sic mutasset prius ויירא, quod recte Graeci interpretes convertunt καὶ ἴδῃ *et viderit*, quomodo etiam recte posterius καὶ φοβηθῇ *et timuerit*. Sed culpa haec forsan fuerit, non Masorae, sed ejus descriptorum, qui affixerint posteriori ויירא emendationem, quae pertinebat ad prius ».

XVIII 15 את אשת *uxorem* — ואת *et uxorem*, Kenn. 2, 4, 23, 28, 30, 50, 60, 89, 91, 93, 94, 96, 106, 114, 116, 125, 126, 145, 150, 154, 159, 160, 168, 182, 198, 210, 225, 253, 601, 602, mei 1 in Apht., 2, 4, 20, 26, 174, 186, 196, 211, 291, 346, 440, 486, 504, 507, 509, 518, 545, 663, 667, 715, 737, 782, 868, primo 24, 187, 409, 700, 789, nunc 6, 210, 380, 547, 548, 554, Soncinensis utraque editio, Brixiensis, ac versiones omnes antiquae, quamvis in latina nonnullarum interpretatione reticeatur conjunctio. Ex tot codicibus unum tantum se reperisse testatur Norzius legentem cum ו, proculdubio meum 782 quem habebat prae manibus.

XVIII 21 לא ימות *non morietur* — ולא *nec morietur*, Kenn. cod. 4, 116, 150, 158, 168, 210, 249, primo 139, forte 3, 154, mei 20, 341, 440, 663, primo 596, Proph. Soncinenses, ac versiones omnes praeter Chaldaeum, qui tamen cum ceteris interpretibus consentit in cod. meo 737. Idem alii pauci cum Prophetis Soncin. v. 28. V. 22 Kennic. 28, ac primo meus 737 חיה יחיה חיה *vivendo vivet*.

XVIII 23 מות *mortem* — במות cum ב praefixo Kenn. 1, 145, 150, 158, 172, 224, 249, forte 50, 126, mei 4, 291, 507, 547, 663, primo 2, 24, 267, 380, 409, 545, 700, 825, nunc 20. Conf. Houbig.

Ibid. מדרכו *a via sua*, si consonas respicis — מדרכיו *a viis suis*. Ita Keri, quod in textu sistunt plurimi codices utriusque collationis, ex Kennic. 1, 2, 3, 23, 24, 28, 30, 50, 60, 67, 72, 89, 91, 93, 94, 99, 100, 101, 106, 108, 112, 113, 114, 116, 125, 126, 128, 130, 141, 144, 145, 150, 153, 154, 155, 158, 159, 160, 168, 171, 172, 175, 176, 178, 195, 198, 210, 224, 225, 226, 227, 230, 242, 243, 246, 249, 250, 251, 252, 253, 254, 601, 602, ex meis 1 bis, in textu et Apht., 2, 3, 4, 6, 20, 23, 24, 25, 26, 174, 186, 187, 196, 210, 211, 226, 267, 291, 295, 304, 305, 319, 341, 346, 380, 411, 412, 413, 463, 486, 504, 507, 509, 512, 518, 545, 547, 548, 554, 560, 575, 576, 579, 596, 663, 667, 700, 715, 737, 782, 789, 824, 825, 868, 883, 892, Biblia Soncin., Brixiensia a Kennicotto omissa, Complutensia, Veneta in fol. et 4. 1518, Veneta 1521, Munsteri omnia, 1534,

1536, 1546, Wittebergensia 1587, Veneta 1678, Veneta 1690, Veneta 1730, Mantuana 1742, Prophetae posteriores Soncinenses 1486, Pisaurenses 1516, Pisaurenses 1520, ac Vulgatus. Chediv ac sing. sequuntur Lxx, Syrus, Chaldaeus et Arabs, extantque codices, qui sine Keri legunt מדרכו. Ita meus 440.

XVIII 29 דרכיכם *viae vestrae* — דרככם *via vestra*, Kenn. 28, 50, 96, meus 2, nunc 868, Lxx et Arabs. Sic postulat singul. יתכן *dirigetur* quod sequitur.

Ibidem הלא דרכיכם לא יתכן *nonne viae vestrae non dirigetur*? Rectius יתכנו *dirigentur*, ut jubet contextus, Kennic. 23, 24, 89, 113, 114, 116, 145, 150, 155, 158, 160, 172, 173, 175, 224, 225, 228, 246, 601, 602, primo 1, 91, 154, forte 30, 72, 139, 141, mei 3, 174, 267, 291, 295, 380, 463, 486, 507, 518, 547, 554, 715, 737, 892, primo 6, 24, 196, 211, 409, 512, 700, nunc 20, 226, 440, 663, 789, Biblia antiqua in fol. sine anno et loco, Veneta utraque anni 1518, Munsteri omnia, 1534, 1536, 1546, Roberti Stephani in 4., Prophetae Pisaurenses 1516, alii Pisaurenses 1520, Syrus, Chaldaeus.

XIX 7 אלמנותיו. Nullus ארמנותיו *palatia ejus*, ut legit Chaldaeus, legique volunt Houbigantius ac Starckius *Dav. Carm.* T. I p. 240. Communem lectionem tuetur Lilienth. p. 303. Nullus pro וידע servat וירע, ut vult Bochartus. V. 9 pro מלך בבל meus 782 notat in aliis exempl. legi ארץ בבל *terram Babel*.

XX 3 את זקני *cum senioribus* — אל זקני *ad seniores*, Kenn. 2, 19, 30, 72, 89, 106, 114, 155, mei 1 bis, in textu et Apht., 3, 196, 226, 233, 305, 341, 365, 380, 384, 486, 512, 535, 548, 554, 562, 667, 789, 825, 850, 851, 892, primo 187, 545, nunc 408, 547, Biblia antiqua in fol. sine an. et loco, Lxx. Vulgatus et Chaldaeus *senioribus*. V. 4 in Kenn. 182, et primo in meo 737 deerat התשפוט אתם.

XX 15 נתתי *dedi*. Addunt להם *eis*, quod legunt omnes veteres praeter Chaldaeum, Kenn. 150, primo mei 1 in Apht., 226, 545. Confer. Houbigantius.

XX 23 גם אני *Ego quoque* — וגם אני *Et ego quoque*, Kenn. 23, 93, 126, 150, 154, 158, 182, 224, 228, mei 380, 440, 579, 663, 715, primo 2, 24, Soncinensis utraque editio, ac Brixiensis.

XX 31 בניכם *filios vestros* — בניכם ובנתיכם *filios vestros et filias vestras*, Kennic. 253, nunc meus 554, Biblia Soncin., Brixiensia, Soncinenses Prophetae 1486. Ib. לכל. Kennic. 224, nunc 72 בכל.

XX 36 אשפט אתכם *judicabor vobiscum* — אשפוט אתכם *judicabo vos*, Kennic. 145, 150, mei 226, primo 174, Lxx, Vulgatus, Arabs. Solum אֶתכם *vos* meus 554, ac Biblia Veneta 1518 in fol. et 4. cum alia lect. ad marg. Ita in mss. quibusdam antiquis reperit Norzius, ut notat ad h. l.

XX 38 לא יבוא *non intrabit* — לא יבאו *non intrabunt*, Kenn. 23, 30, 72, 150, 182, 224, 355, 601, 602, mei 174, primo 1, 24, 440, 463, nunc 305, 380, 663, ac versiones omnes. Sic postulat contextus, conjiciuntque scribae ad marg. codicum. Sed

cod. meus 512 monet hic octo conjici יבאו, 187, 196, 211, 304 undecim enumerant י״א סבר׳ לשון רבים. Plur. lectionem merito anteponunt Houbigantius ac Lilienthalius.

XX 39 עבדו *colite*. Houbigantius עברו vel העביח, ut Graecos legisse opinatur. עברו legunt Kennic. 30, 115, 224, nunc 590, mei 226, 554.

XXI 7 אל מקדשים *ad sanctuaria* — אל מקדשם *ad sanctuarium eorum*, Kenn. 96, 112, 145, primo meus 440, et Syrus. Quoad suffixum etiam Lxx et Arabs *ad sancta eorum*. Nota in nonnullis Bibliis cap. xxI incipere a vers. 6.

XXI 8 יהוה. Multi codices mss., et editi nonnulli, ut Biblia Brixiensia, Antiqua in fol., et Prophetae Soncin. praeponunt אדני.

XXI 14 יהוה *Jeoàh*. Iterum praeponunt אדני *Adonai* codices quamplurimi, Kennicottiani ac mei, inter meos hisp. 25, 26, 187, 196, 341, 346, 518, 576 aliique, et utraque editio Soncinensis. Alii pro יהוה legunt אדני. Sic ex meis hispanis 4, 23, 295, 304, 411, 575, Biblia Brixiensia, Antiqua sine anno, Complutensia, Veneta utraque 1518, Basileensia 1536, ex recent. Halensia 1720, Prophetae Pisaurenses 1516 et 1520.

XXI 19 החדרת *penetralia permeans* — החרדת *perterrefaciens*, Kenn. 89, et antiquae omnes vers.. דר sup. ras. 115.

Ibidem להם *ipsis* — לכם *vobis*, Kenn. 23, 30, 72, 168, 173, 175, 178, 225, 228, 669, primo 28, 249, mei 295, 440, 463, 518, 545, primo 20, 226, 504, nunc 24, 789, Prophetae Pisaurenses 1520, ad marg. Biblia Veneta 1518.

XXI 21 התאחדי *uni te* — התאחרי *retro ito, converte te*, vel alia significatione *mora, retarda*, egregia sententia, inquit Michaëlis *Supp. Lex. heb.* p. 55. Ita Kenn. 178, forte 158, 297, videtur 173, mei 2, 509, 789, primo 409. Lxx, Vulg. et Arabs התחדי *exacuere*, ac similiter Syrus Hexaplaris ܐܬܚܪܕ. Syrus simplex, qui vertit ܐܬܥܫܢ, legit התחזקי *confortare*, vel *confirma te*, ac cod. meus 737 supra ד apposito ז fecit התאחזי. Ibid. הימני *ad dexteram verte te*. Multi defective הימני, Kenn. 100, meus 304 hispan., primo 545 המני. Sic in השמילי *ad sinistram statue te*, multi א inserunt plene legentes השמאילי vel defect. השמאלי.

XXI 27 לבנות *ad aedificandum* — ולבנות *et ad aedificandum*, Kenn. 2, 4, 23, 89, 91, 93, 115, 116, 126, 145, 150, 154, 158, 172, 178, 182, 210, 224, 225, 226, 252, 253, mei 1, 2, 20, 23, 25, 26, 174, 346, 380, 413, 440, 463, 504, 548, 579, 663, 715, 737, 789, primo 24, 187, 409, 545, 667, 782, Biblia Soncinensia, Brixiensia, Prophetae Soncinenses 1486, ad marg. Biblia Veneta 1518, Kimchius, ac versiones omnes praeter Vulgatam. Norzius qui nullum hic ms. codicem profert, sed solum Kimchium ac Targum, non satis animadvertit in meo 782, quem habebat, manifeste abrasum ו.

XXI 29 בכל *in omnibus* — וכל *et omnia*, primo Kenn. 224, primo meus 24, ac Syrus. Secundum הזכרכם in Hiphil, ut primum, legunt Kenn. 224 apud Lilienthalium p. 305, ac meus 545. *Patach* sub primo *caph* habet etiam meus 715.

XXI 32 לו *ei*. Codex meus 782 notat in aliis libris legi לא המשפט, estque codex, quem ad h. l. innuit Norzius. Sic paucissimi codices, sed mendose.

XXII 2. Deest secundum התשפט *nonne judicas?* in Kennic. 136, 243 (primo), 384, primo in meo 3, in Lxx, Syro et Arabe.

XXII 4 עד שנותך *usque ad annos tuos* — עת שנותך *tempus annorum tuorum*, cod. mei 304, ac 789, uterque cum Kerì עד ad marg.. Ita Judaei Orientales et antiqui omnes interpretes, sicque legendum juxta Houbigantium, qui etiam praecedens ותבוא *et venisti* legi vult in Hiphil ותביא *et adduxisti*, ut Lxx, Vulgatus, et Arabs. Ac defective ותבא, quod ad utramque conjugationem trahi potest, Kal et Hiphil, legunt mss. codices quamplures, Kennic. ac mei, binae editiones Soncinenses, ac Brixiensis.

Ibid. לגוים *gentibus* — בגוים *in gentibus*, Kenn. cod. 3, 18, 28, 30, 60, 72, 82, 89, 91, 93, 95, 96, 107, 125, 128, 136, 149, 151, 154, 158, 159, 172, 180, 182, 191, 210, 224, 225, 244, 246, 253, 294, 384, 601, 602, 669, primo 50, 126, ex Bibliis Halensibus 375, seu Erfurtensis 5, mei 2, 3, 6, 7, 20, 26, 174, 196, 211, 226, 230, 240, 264, 265, 267, 345, 346, 380, 409, 411, 419, 440, 443, 463, 476, 486, 518, 545, 547, 548, 554, 555, 579, 592, 596, 614, 656, 663, 700, 715, 721, 789, 850, 868, 883, 892, 893, primo 11, 187, 737, nunc 1 in Apht., 197, 507, 594, Biblia Soncinensia, Brixiensia, Antiqua in fol. sine anno et loco, Prophetae Soncinenses, Pentateuchus Brix. 1492 in Apht., Pentat. antiquus membr. in 4. sec. xv, Pragensis 1518.

XXII 20. Multi codices אקבץ *congregabo* in Pihel. Ex meis 1, 3, 23, 305, 440, 596, 715, 789, primo 210, 380, ad marginem Biblia Veneta 1518.

XXII 25 אלמנותיה *viduas ejus* — אלמנותך *viduas tuas*, primo Ken. 224, Lxx et Arabs. Pauci cum ו praefixo.

XXIII 21 ממצרים *ab Aegypto* — במצרים *in Aegypto*, Kenn. 30, Lxx, Syrus, Vulg.. Alii מצרים *Aegyptum*, ut Kenn. 28, primo meus 737, ac Talmud Babylonicum.

XXIII 24 הצן *currus*, *arma*, *instrumenta bellica*, *clypeus*, *strepitus* pro varia vocabuli hoc uno Ezechielis loco occurrentis ac dubia lexicographorum et interpretum expositione. Nonnulli codices mss. et editi legunt חצן *brachium*, *robur*. Sic Kenn. 112, 115, 130, 139, 160, 172, primo 126, mei 2, 3, primo 23, 187, 196, 575, qui postremi quatuor omnes hispanici, ex editis Biblia Veneta 1551, Veneta 1563, Veneta 1613, Veneta 12. 1615, Genevensia 12. 1618, Veneta 1627, Veneta 12. 1635, Veneta 1739, Veneta 1766, Pisana 1781. Biblia Veneta 1690, et 1730 notant ad marg. ס״א *alios libros legere* חצן, ut Pisana alios habere הצן. R. Joseph Kimchius scribit הצן cum *he* esse sicut חצן cum *chet*. Conferatur ejus filius David Kimchius in *Libro radicum* ad hoc verbum, et Raphaël Basila editor Mantuanorum Bibliorum in notis ad h. l., qui ignorans mss. codices, etiam hispanos, et editiones, quae sic legunt

in textu, lectionem hanc damnat ut marginale mendum Venetarum editionum. Pauci ex meis codicibus legunt חצץ *sagitta*. Ita 305, primo 211, et 380. Alii וכובע per *caph*.

XXIII 31 בידך *in manu tua* — בידיך *in manus tuas*, Kenn. 112, meus 737, primo 440, Lxx, Syrus et Arabs. V. 32 כוס אחותך *calicem sororis tuae*. Codex meus 24 primo כוס חמתך *calicem indignationis tuae*. V. 35 codex meus 305 ותשליכי אותך *et projecisti te*.

XXIII 41 לפניה *ante eam* — לפניך *ante te*, Kenn. 93, 145, primo 91, primo mei 295, 305, ac Vulgatus. Alii לפניהם *coram eis*. Sic Kenn. 198, primo 154, Syrus, Chald. et Arabs. Meus 174 לפניו.

XXIII 42 ידיהן *manibus earum* — ידיהם *manibus eorum*, Kenn. 99, 116, 182, 224, primo 130, mei 174, primo 1, 24, 211, 440. Favet analogia, sicque Lxx, Chaldaeus, Vulgatus. Pro אל multi על, alii in textu סבאים cum utraque Soncin. editione, ac Brixiensi,

Ibid. ראשיהן *capitibus eorum*. Masc. suffixum hic etiam exhibent leguntque ראשיהם codices aliqui, ex Kenn. 139, 182, 224, 253, primo 297, mei 174, 667, primo 1, 24, ac supra cit. interpretes.

XXIII 44 ויבוא *et venit* — ויבאו *et venerunt*, Kennic. 30, ac defective per *kibbutz* sub א et Kerì ויבאו meus 715. Ita omnes veteres et Houbigant.

XXIII 45 אותהם *eas*. Nonnulli codices utriusque collationis in foem. אותהן vel אתהן, alii multi cum Bibliis Soncinensibus, Brixiensibus, Basil. 1536, ac Prophetis Soncinensibus אתהם. Ibidem משפט. Cod. meus 305 primo במשפט.

XXIII 46 עליהם *super eos* — עליהן *super eas*, Kennic. 23, 28, 89, 93, 96, 101, 116, 126, 145, 158, 175, 176, 178, 195, 206, 210, 225, 226, 230, 242, 246, 253, 301, 313, 337, 355, 366, 392, 408, 418, 421, 425, 506, 519, 530, 531, 575, 587, 601, 639, 645, 648, primo 91, 113, 172, forte 297, 332, nunc 228, mei 23, 174, 196, 295, 346, 380, 463, 504, 545, 548, 560, 576, 579, 737, primo 2, 187, 440, Biblia Soncinensia, Brixiensia, Complutensia, Prophetae Soncinenses.

XXIII 47. Continuatur hoc versu in affixis generis enallage et mutatio. Pauci עליהם, inter quos primo mei 24, 305, alii ובתיהם, ut Kenn. 30, 72, 154, 158, 172, 182, 224, 253, primo 141, forte 101, 126, mei 1, 24, 186, 512, 663, primo 545.

XXIII 49 ונתנו *Et dabunt* — ונתתי *Et dabo*, Kenn. 224, primo meus 24, et Syrus. Quod placet Lilienth.. Idem cod. Kennic. 224, ac primo mei 24, 409, pro וידעתם *et scietis*, legunt in foem. וידעתן

XXIV 9 גם אני *etiam ego*. Primae tres editiones, seu Soncinensis utraque ac Brixiensis וגם cum nexu. Lectio ab editore Prophetarum Soncinens. 1486 desumpta, ut videtur, ex cod. meo 579, qui ita ex prima manu legebat. Nam Kenn. 253, qui hic producitur, ac meus 554, qui habet adjunctum a secunda manu ו, illud ex editionibus ipsis mutuati sunt.

XXIV 10 והרקח *et condi*. Tres cod. Kenn., 23, 153, 224 הרחק *amove*.

Ibid. יחרו *adurantur* — יחדו *adunentur*, Kenn. 150, primo 4, 115, for-

t

te 158, primo mei 2, 305, 545. Kenn. 224 primo ישרו *dissolvantur*.

XXIV 14 שפטוך *judicabunt te* — שפטתיך *judicabo te*, Kenn. 96, 160, 224, sed hic primo ex Lilienthalio, mei 24, primo 380, 409, 440, 596, et antiquae omnes versiones.

XXIV 19 ויאמרו *Et dixerunt* — ויאמר *Et dixit*, Kennic. 23, 93, 96, 145, primo mei 24, 545, ac versiones omnes praeter Targum.

Ibid. כי *quia tu facis* — אשר *quod tu facis*, Kenn. 115, meus 20.

XXIV 21 ומחמל *et indulgentiam* — ומחמד *et desiderium*, Kenn. 145, primo 178, nunc 224, primo meus 226, et Biblia Amstelodamensia 1639, quibus ex Lilienthalio p. 307 addenda Biblia Menassè ben Israel 1635, nisi a Kennicotto erratum sit, et unam pro altera editione annotarit.

XXV 7 לגוים *gentibus* — בגוים *in gentibus*, primo Kenn. 3, meus 548, primo 24, Lxx, Arabs. Kennic. 96 הגוים *gentium*, ut Vulgatus. Sat multi cum Bibliis Complutensibus in textu לבז. Pauci, ut Kenn. 150, 178, primo meus 24, Syrus, Vulg. et Arabs ואשמידך *et perdam te*.

XXV 8 בית יהודה *domus Juda*. Codex meus 782 notat ad marg. למדנח' בית ישראל *Orientalibus domus Israel*. Sic Lxx, Arabs utrumque. Vers. 12 ונקמו. Cod. meus 545 primo וינקמו, ut praecedens ויאשמו.

XXVI 2 אמלאה *replebor* — נמלאה *quae repleta est*, melius cod. meus 545 ex prima manu. Ita Lxx, Chaldaeus et Arabs. Syrus *desolata est*.

XXVI 14 כי אני יהוה דברתי *quia ego Dominus locutus sum*. Deest nomen יהוה in Kennic. cod. 1, 4, 23, 93, 94, 154, 158, 172, 182, 225, 228, 253, nunc 2, in meis 380, 548, 554, 663, primo 1, 20, 211, 346, in Bibliis Soncinensibus, in Prophetis Soncinensibus 1486, Syro, Vulgato et Arabe.

XXVI 18 האין. Nonnulli האיים, ut Kenn. 30, 96, 115, 150, 224, primo 126, 159, primo mei 440, 545, 663, 782 Toletanus. Meus 305 notat ad marg. כן בספר ר' יהודה *Sic in codice R. Jehudae*, videlicet האין.

XXVI 20 את יורדי *cum descendentibus*. Utrobique אל יורדי *ad descendentes* quidam codices, primo loco Kenn. 28, 30, primo 126, posteriori primo Kenn. 126, et meus 545.

XXVII 4 גבוליך *termini tui* — גבולך *terminus tuus*, Kennic. 1, 176, meus 737, primo 548, Targum. Ibid. בלב. Cod. meus 305 כלב *sicut cor maris*.

Ibid. בניך *aedificatores tui* — בָּנַיִךְ *filii tui*, codices mei 174, 305, 554, 715, primo 211, 304, 667, 789, Biblia Brixiensia, Lxx, Arabs. Lxx sequitur Syrus Hexapl. ܒܢ̈ܝܟܝ ܕܡܢܟܝ. Alii plene בוניך, inter quos primo meus 782.

XXVII 5 בנו לך *aedificaverunt tibi* — באו לך *venerunt tibi*, Kennic. 93, primo 91, mei 409, primo 24, 26, 174, videtur primo 3, 187, forte primo 824, nunc 380. Syrus ܐܝܬܝܘ *adduxerunt*. Hexaplaris ܐܬܒܢܝ ܠܟܝ *aedificata est tibi*, ut Lxx.

XXVII 6 קרשך *asserem tuum* — קדשך *sanctuarium tuum*, Kenn. 1, 4, 112, 150, 301, 330, 356, 392, 403, 491, 505, 590, 601, primo 28, 149, 154, 309, 337, 357, 423, 616, forte 242, 297, 342, 526, 614, mei 305, 506, primo

27, 409, 411, 560, Lxx et Arabs, sed in plur. *templa tua*. In Kenn. 562 omissum בת.

XXVII 11 וגמדים *et Pygmaei* — וגמרים *et Cimmerii*, Kenn. 96, 526, 541, 601, forte 28, 82, mei 1, 2, 319, 554, primo 380. Sic ex serie orationis legendum conjecerat an. 1766 Michaëlis, quam conjecturam quum Kenn. codices confirmassent, eam praeferre non dubitavit in *Suppl. ad lex. heb.* p. 325, et 337. Cod. meus 295 ad margin. ננסים אנשי מדה קצרה ובלע' אנאאוש. Lxx ושמרים etiam per *resc et custodes* legisse videntur, Syrus Hexaplaris ܢܛܘܪܐ.

XXVII 12 עזבוניך *nundinas tuas* — בעזבוניך *in nundinis tuis*, Kenn. 115, 154, 251, primo mei 211, 440. Praefixam praepositionem exhibent Chaldaeus et Arabs. Alii עזבונך in singul., ut Kennic. 4, meus 715, primo 20. Lxx *forum tuum*, Arabs *in foro tuo*. Meus tamen 715 ad marg. ניך ק'.

XXVII 13 תובל *Tubal* — ותובל *et Tubal*, Kenn. 1, 28, 96, 115, 150, 158, 178, 198, 224, 251, mei 226, 504, 518, primo 24, 440, 715, nunc 304, Biblia Complutensia, sed haec defective ותבל.

XXVII 14 תוגרמה *Togarmà* — תורגמה *Torgamà*, Ken. 150, ms. Alex. Lxx, et Arabs. Ita etiam Targum cod. mei 737, quod pro גרממיא legit תרגממיא, et Syrus Hexaplaris Ambros., qui habet ܐܬܘܪܓܡܐ, ad marg. ΘΟΡΓΑΜΑ, quod et Gen. x legunt Lxx. Confer. Michaëlis *Spicileg. geogr. ext. hebr.* T. I p. 13, et 68. Haec eadem variatio occurrit cap. xxxviii 6, ubi Kennic. 154, seu antiquissimus Reuchlinianus litteris inversis iterum legit תורגמה.

XXVII 15 ודבנים in textu codices non pauci utriusque collationis, et Soncinensis utraque editio.

XXVII 16 ארם *Syria* — אדם *Edom*, Kenn. 153, 161, 230, 249, 337, 355, 417, 541, 559, primo 28, 89, 203, 206, 356, 614, forte 490, 526, mei 2, 20, 24, 413, primo 305, 409, 596, 782, et Syrus. Sic etiam legerunt Lxx, sed in signif. *hominis*, quos sequuntur Arabs, et Syrus Hexaplaris ineditus ܒܢܝܢܫܐ *Homines*.

XXVII 19 ודן *Et Dan* — דדן *Dedan*, cod. meus 715, primo 226.

Ibid. מאוזל *Meuzal* — מְאוזל cum *tzere*, *ex Uzal*, cod. mei 4, 23, 186, 196, 211, 295, 305, 380, 440, 663, 715, 824, Lxx, Syrus et Arabs, sed hi cum aliqua diversitate nominis. Sic legunt Bochartus, et Michaëlis. V. *Spicil. geogr. heb.* T. II p. 164 et 167. Occurrit *Uzal* Gen. x 27.

XXVII 22. Prophetas Soncinenses, qui legunt ורעמא cum א, ex Kenn. codicibus confirmat solus 226, ex meis 305, primo 24, 663.

XXVII 23 חרן *Charan* — חרה *Charà*, primo meus 545 ac Lxx, ad quos etsi efformatus sit Syrus Hexaplaris, legit nihilominus per *nun* ܚܪܢ.

Ibid. וכנה *et Chanè* — וכלנה *et Chalnè*, primo meus 226. Ita Grotius et Houbigantius, ac כנה esse hic ex diversa scriptione ipsam כלנה Genes. x 10, seu Ctesiphontem, conjicit Bochartus, cujus conjecturae conf. quae opponit Michaëlis *Spicil. geogr. ext. heb.* T. I pag. 229. Codex meus 715 ad marg. וכַנָּה *et Chanà*, lectio ibid. tributa ס"נ, hoc est codici, ut interpretor, R. Gersom. Lxx Χαναὰ, Syrus He-

xapl. ܘܟܢܥܢ *et Chanaan*, ac si scriptum esset כנען. Cum *segol* pro *tzere* legunt nonnulli codices, et inter editiones Biblia antiqua sine anno et loco.

Ib. רכלתך *negotiatrix tua* — רכלתך per *scevà* et *kibbutz*, *negotiatio tua*, cod. meus 715, primo 440.

XXVII 24 וארזים *et cedratis* — וארזים *et cedris*, codices mei 4, 174, 186, 305, 504, primo 26, 782.

XXVII 26 במים *In aquis multis* — כמים *Sicut aquae multae*, primo meus 440, et Targum. Multi השאטים cum א, etiam hispani, ut mei 4, 23. Codex meus 782 primo ותכבדי in Niphal.

XXVII 27 ובכל *et in omni coetu* — וכל *et omnis coetus*, Kennic. cod. 28, 72, 96, 154, 158, 182, 224, 250, nunc 198, mei 3, 25, 305, 409, 413, 512, 737, primo 2, 20, 24, 187, 440, 548, 554, 596, nunc 504, Biblia Veneta utraque in fol. et 4. 1518, Veneta 1521, Veneta 1525-28, Veneta 1533, Munst. utraque hebraeo-latina 1534, 1546, Veneta 1544, Veneta 1551, Veneta 1563, Veneta 1566, Plantiniana 8. 1566, Veneta 1582, Wittebergensia 1587, Veneta 1595, Raphelengii sine punctis 1610, Veneta 1613, Veneta 1615, Veneta 1627, Amstelodamensia 1630, Veneta 1639, Amstelodamensia 1639, Veneta 1647, Veneta 1690, Prophetae posteriores Pisaurenses 1516, Pisaurenses alii 1520, Lxx, Syrus, Chaldaeus et Arabs. Nec dissentit Vulgatus *cum universa multitudine*. Ext. 103 ad marg. ס"א וכל.

XXVII 31 קרחה per ה plures codices cum Bibliis Complut., inter quos hispani mei 23, 26, 187, 295, 341, 463, 575, 782, et 413 Hillelianus.

XXVII 32 בניהם *in lamento suo* — בניהם *filii eorum*, codices mei 1, 4, 20, 174, 295, 305, 319, 341, 554, 667, 715, primo 26, 187, 518, 663, ex Lilienth. p. 310 Regiom. 2, Biblia Brix., Biblia Veneta de Gara 1582, Veneta 4. 1613, Veneta 12. 1615, Veneta 12. 1635, Lxx, Theodotio, Syrus, Arabs. Ms. Alex. Lxx sequitur Syrus Hexapl. Ambros., in quo integer hic versus sub asterisco concluditur, quia ejus pars deest in Vaticano.

XXVII 34 נשברת *contrita* — נשברת *contrita es*, cod. mei 2, 596, 715. In praet. ac 2 persona Lxx, Syrus, Vulgatus et Arabs.

XXVIII 9 הרגך *interficiente te* — הורגך vel defective הרגך *interficientibus te*, Kennic. 1, 91, 93, 101, 126, 149, 158, 180, 253, forte 139, mei 24, 187, 226, 341, 346, 380, 411, 518, 554, 576, 667, 715, 789, primo 409, nunc 596, Biblia Soncinensia, Brixiensia, Prophetae Soncinenses 1486, Lxx, Syrus, Vulgatus, Arabs.

XLV 19 אל מזוזת *super postem* — על מזוזת, altera praepositione, Kenn. 2, 18, 159, 178, 225, 244, 251, primo 94, 107, 125, 128, nunc 170, mei 16, 174, 200, 248, 291, 405, 419, 535, 543, 547, 596, 674, primo 20, 187, 198, 262, 409, 518, 737, 814, nunc 319, Machazor Soncinense 1486, Machazor aliud Soncinense sec. xv, Pisaurense sub in. sec. xvI, ac Pentateuchus CPolitanus in Aphtar. החדש, sed in alia Apht. שקלים legit אל.

Ibidem מזוזת *postem* — מזוזות *postes*, primo meus 543, et defective

plur. מוזות 248, Lxx, Syrus, Vulgatus, Arabs. Idem in secundo מזות Kenn. 674.

XLVI 6 פר *vitulus* — תקח פר *accipies vitulum*, Kenn. 28, 126, meus 545, primo 419, et Talmud Babylonicum.

Ibid. תמימם 1° *integri* — תמים *integer*, Kennic. 1, 4, 18, 28, 80, 93, 95, 96, 106, 107, 109, 110, 111, 115, 125, 126, 136, 149, 150, 151, 153, 154, 158, 159, 170, 172, 176, 182, 191, 224, 336, 384, ex mea collat. 436, mei 2, 16, 20, 24, 174, 210, 211, 226, 233, 248, 262, 264, 291, 341, 346, 419, 443, 476, 547, 548, 592, 597, 665, 689, 715, 737, 814, 868, 893, primo 1 in Apht., 187, 197, 198, 405, 409, 486, 562, 700, nunc 230, 305, 319, 380, 408, 545, 663, 721, 883, ad marg. 667, ext. 1, Machaz. Soncin. 1486, Machazor aliud Soncinense sec. xv sine anno et loco, Pisaurense tertio editum sub in. sec. xvI, R. Nathan in *Meir nediv*, seu Concordantiis hebraicis. Ita antiquae omnes versiones, et contextus analogia, in quo praecedit sing. nomen vituli. Nota tamen cod. mei 674 in h. l. pluralem lectionem explicat, eamque Hilleliano codici attribuit. כן בהללי לפי שהוא ואביו תמימים *Sic in Hilleliano, quia ipse et pater ejus perfecti*. Aliam rationem dant Kimchius et R. Jonas, pluralem numerum referentes ad binos vitulos, qui ex lege offerri debebant, si reperiebantur. Confer. Norzius, qui subdit antiquos nationis suae sapientes in *Berescith rabbà* difficilia adeo et obscura in sectione hac Ezechielis reperisse, ut eorum explanationem ac conciliationem ad Eliam amandarint.

XLVI 9 יצאו *egredientur* — יצא *egredietur*, Kennic. 18, 19, 50, 72, 76, 80, 93, 95, 107, 108, 109, 110, 111, 112, 125, 126, 136, 150, 151, 158, 170, 175, 176, 177, 181, 182, 196, 198 marg., 210, 223, 224, 243, 244, 294, 384, primo 178, 252, forte 172, mei 1 in Apht., 3, 16, 20, 23, 26, 186, 196, 197, 198, 200, 226, 230, 233, 240, 248, 267, 295, 341, 380, 384, 405, 408, 411, 419, 440, 443, 476, 486, 504, 507, 512, 535, 543, 547, 554, 560, 592, 597, 606, 614, 648, 665, 667, 700, 715, 721, 814, 850, 851, 868, 883, 892, primo 187, 265, 305, 518, 548, 575, 674, nunc 262, 463, 545, Pentateuchus antiquus in 4. sine anno et loco in Apht., Machazor Soncin. 1486, Machazor aliud sec. xv sine anno et loco, Pisaurense sub in. sec. xvI, versiones omnes, analogia, Kerì. Biblia antiqua legunt cum *surek* sine Kerì, sicque codices nonnulli, inter quos meus 893.

XLVI 10 יצאו *egredientur* — יצא *egredietur*, Kennic. 109, 126, 136, 150, 170, 196, 210, 223, mei 16, 174, 226, 230, 267, 405, 411, 419, 443, 476, 486, 535, 554, 592, 597, 665, 700, 814, primo 20, 197, 341, 413, 543, 737, 789, 883, nunc 265, 380, 868, Machazor Soncinense 1486, Soncinense alterum sec. xv, Pisaurense tertia editio sub in. sec. xvI, Lxx, Syrus, Vulgatus, Arabs, analogia. Mendosa lat. versio Chaldaei. Cod. meus

25 hispanicus notat ad marg. *vav redundat*, 24 habet יצא ק׳ *lege egredietur*, ut versu praecedenti, Biblia vero antiqua in folio sine anno singularem lectionem exhibent et ipsa quoad puncta יֵצְאוּ, huc relato Kerì versus praecedentis, quod omittit. Nota inter productos codices Hillelianum 413.

XLVI 13 תעתה עולה *facies holocaustum* — יעשה *faciet holocaustum*, Kenn. 76, 107, 224, 384 (primo ex Schellingio p. 219), nunc 181, mei 562, 592, 614, primo 597, 850, ac versiones omnes, excepto Targ.. Praefert Houbigantius. Ibid. תעשה אתו *facies illud*. Kennicottus eosdem prorsus codices repetit ut iterum in 3 persona legentes יעשה *faciet illud*. Hoc oscitanter factum esse ex repetitione ipsa codicum, et ex meorum silentio primum conjeceram, deinde vero evolutis trium ex iis, qui citantur, collationibus, videlicet Helmstadiensis, Regiomontani, Stutgardiani, a Vogelio, Lilienthalio, ac Schellingio editis certior factus sum. Nam hi auctores de secundo hoc יעשה profundissime silent.

XLVII 4 מים ברכים *aquas ad genua* — מי ברכים constr. Kenn. 2, 112, 139, 145, 149?, 154, 173, 178, 224, 226, 250, 253, 313, 375, 431, 434, 474, 505, 526, 541, 596, 607, 616, 632, forte 321, nunc 182, mei 341, 411, 413, 545, primo 463, 715, nunc 226, 380, ac Biblia Soncinensia.

Ibidem מי מתנים *aquas lumborum*. Praemittunt במים *in aquis* Kenn. 182, 250, 313, 375, 490, 541, primo 154, forte 321, ad marg. 418, mei 380, primo 409, 463, 545, 715, nunc 663.

XLVII 5 לא אוכל *non potui* — לא יוכל *non potuit*, Kenn. 225, 251, primo meus 663, Lxx, Syrus, Arabs.

XLVII 6 על שפת *super labium*. Deest על in Kenn. 23, 24, 28, 30, 67, 72, 89, 91, 93, 94, 96, 100, 101, 115, 116, 128, 141, 144, 150, 172, 173, 175, 176, 182, 195, 198, 210, 224, 242, 246, 249, 251, 253, 290, 601, 602, in meis 1, 3, 4, 20, 23, 25, 26, 187, 196, 210, 226, 295, 304, 305, 341, 411, 413, 440, 463, 504, 509, 512, 518, 545, 548, 560, 575, 576, 596, 667, 689, 715, 737, 782, 789, 824, primo 24, 319, 554, 663, nunc 211, in Bibliis Soncinensibus, in Complutensibus, in Mantuanis 1742, illudque in aliis libris deesse monent Veneta utraque anni 1518. „ In libris impressis, inquit Norzius, legitur וישבני על שפת הנחל, sicque vertit Jonathan, ac legit Kimchius. Sane in mss. omnibus codicibus, qui ad manus meas pervenerunt, deest dictio על, sicque exponit Jarchius „. Quamquam porro desit in plerisque hispanicis et accuratissimis mss., tamen necessarium est, leguntque omnes veteres. Illud ergo retinendum contra ac sentiat Norzius. Cod. meus 186 ad marginem אל ק׳. Inter codices, qui v. 7 pro אל legunt על, bini mei hispani, 346, primo 463.

XLVII 8 הגלילה *ad terminum* — הַגָּלִילָה *versus Galilaeam*, cod. mei 2, 305, 380, 409, 440, 596, 663, 667, 715, 737, 789, primo 548, apud Lilienthalium p. 324 Kenn. 224, Lxx, Syrus, Chaldaeus, Arabs. Sic in *Hexaplis* Origenes, vel Origeniani codices Oʹ Εβραῖος .. εἰς τὴν Γαλι-

λαίαν. Ibid. ונרפאו. Kennic. 1, 154 marg. ונרפו, meus 715 ונרפו ק׳.

XLVII 10 דוגים *piscatores*. Multi codices melius דיגים. Inter hos hispani, ut mei 196, 295, 346, primo 782, ac Biblia Brixiensia, Alii multi ad marg. דיגים ק׳, ut Jerem. xvI 16. Sic ex meis 20, 23, 24, 186, 187, 210, 341, 663, 715, sicque, ut puto, qui hic afferuntur Kennicottiani ad marg.. Saltem tres Erfurtenses ex Bibliis Halensibus habent Kerì. Pauci in textu עמדו.

XLVII 11 ובבאיו *et fossae ejus* — ובבאיו *et in redditibus suis*, Kenn. 253, primo meus 26 hispanus, Lxx, et Syrus. Sed illi legerunt defective ובבאו. Confer. Michaëlis *Suppl. lex. heb.* pag. 244. Codex meus 23 et ipse hispanus ונבאיו.

Ibidem ולא ירפאו *et non sanabuntur* — לא ירפאו *non sanabuntur*, Kenn. 1, 30, 89, 94, 101, 115, 116, 130, 154, 168, 178, 182, 198, mei 440, 596, 715, primo 20, 23, nunc 545. Irregularis et incommoda hic copula, nec legit ullus veterum. V. 12 והיה recte in textu multi tum Kennicottiani, tum mei, inter meos hispanici 187, 346 463, primo 23, Soncinensis utraque editio, ac Brixiensis.

XLVII 13 גה. Plerique *Hic* — זה per *zain*, *Hic*, Kennic. 30, 337, 531, 590, primo 149, 249, 596, 612, nunc 96, ex meis 689, primo 23, 545, 596. Ad marg. זה ק׳ Ken. 351. Sic vertunt Lxx, Chaldaeus, Vulgatus, Arabs. R. Parchon in inedito *Mechabberoth* גה גבול פ׳ זה בחילוף זין בגימל׳ » גה *Hic est terminus* expone זה ex permutatione *zain* cum *ghimel*, » producto exemplo similis permutationis in בג et בז. Auctorem hunc sequuntur Jarchius *Comm.* in h. l., et Kimchius, tum in *Comm.*, tum in *Libro radicum*, monentes גה esse sicut זה. In hac tuenda expositione consentiunt Abarbanel in h. l., Jehuda Mutinensis in *Ghelud Jehudà*, seu Lex. biblico hebraeo-italico, Lombrosus in *Notis* biblicis, bina inedita Lexica apud me 60, 637, hispani judaei qui hispanicam Bibliorum versionem ediderunt, et quotquot editores marginales notas, seu interpretationes, alterutra lingua, italica vel hispanica apposuerunt. Consentiunt et plerique interpretes christianorum.

Idem גה *Hic* — גיא *Vallis*, Kenn. 375, 474, 587, primo meus 409, גי sine א Kenn. 342, primo 161, גיה Kenn. 28, 93, meus 554, גא Kenn. 602, et meus 255, seu sic in hoc codice legit R. Joseph Karà. Ita vertit Syrus ܠܫܬܐ *Valles*, et Masora parva, vel textualis notat hic ל׳ כתי׳ ה *Non amplius occurrit scriptum cum* he, adeo ut ex masoretharum sententia anomalia sita sit, non in ג pro ז, sed in ה pro א, vel י legaturque גה pro גי, vel גא. Hanc eandem expositionem sequitur Commentarius cit. codicis mei 255. גא גבול ית״י דין תחומא כמו זה הגבול ויש לפתור גה לשון גיא „ *Vallis terminus*. Vertit Jonathan *Hic est terminus*, ut זה הגבול, sed exponendum est, vel exponi potest גה pro גיא, seu in significatione *vallis* „. Codex sistit Commentarium ineditum R. Joseph Karà, in hoc tamen loco videtur afferri Commentarius Jarchii abbreviatus, quod et scriptor codicis ante aliquot folia notat, monens deinceps, seu quoad postrema Ezechielis capita exhiberi *Commentarium R. Salomonis*. Haec ergo ex hoc co-

dice ipsissima Jarchii mens et expositio. Id confirmat R. Elias Levita in notis ad Kimchii שרשים, vel *Librum radicum* ex editione Veneta an. 1547. » Sunt qui dicunt esse sicut גא cum א, sicque in Masora גה *non amplius extat cum* ה, nec aliter interpretatur Rascì יש לפרשו כמו גא *exponendum est ut vallis* ». Contra Rascii verba, ut impressa sunt in Bibliis Ven. 1525, et hodiernis editionibus, et descripta in cod. meo 387, Jonathanis versionem et sententiam, proposito exemplo גב, confirmant. Deinde vero subdunt ויש עוד לפתור *et exponi praeterea potest* גה *pro* גיא. Gussetius, quamvis גה a גהה deducat ac *sanitatem* interpretetur, subdit tamen *Comm. ling. heb.* p. 298. » Nisi hoc tam apte conveniret, facile esset deducere a גא *vallis*, mutato א in ה, ut ex מקשה מקשא *cucumerarium*. Hujus generis litterae facilius permutarentur, quam ג et ז, et in initio permutationes difficilius, quam in fine fiunt ». Sed haec litterarum permutatio displicet Michaëlis in *Suppl. lex. heb.* p. 272, quia vix est, inquit is, ad normam grammaticam, et *vallis limitum* incondita phrasis, et ut verior lectio ipsi videtur זה ,גה mera conjectura sive interpretum, sive librariorum, qui ἅπαξ λεγόμενον vocabulum non intelligebant, mavult consuetae lectionis rationem et interpretationem desumere ab arabico وجه, a quo est femininum جهة, et esse potest masc. גֵה, et de *fronte*, *plaga*, *tractu* interpretari. Clodius in *Lex. heb. sel.* pag. 104 a גאה derivat, et collato غاية per *erectionem*, *summitatem* explicat.

XLVII 15 הדרך. Melius דרך sine ה demonstrativo, quia regit התלן, sicque Kennic. 224, ac mei 20, 226, 715.

XLVII 17 ואת פאת *et angulum aquilonis* — זאת פאת *hic angulus aquilonis*, Kenn. 180, 431, 541, 612, 648, forte 227, 249, nunc 182, mei 411, 545, nunc 305. Margo 319 *alii libri* זאת. Ita Syrus et Houbigantius.

XLVII 18 על הים *super mare* — עד הים *usque ad mare*, Kennic. 126, sicque alios codices legere monet ad marg. meus 319.

Ib. ואת פאת *et angulum orientalem* — זאת פאת *hic angulus orientalis*, Ken. 180, 431, 541, 560, 562, 616, 648, forte 249, meus 4, nunc 305, Lxx, Syrus, Arabs.

XLVII 19 ואת פאת *et angulum austri* — זאת פאת *hic angulus austri*, Kenn. 145, 180, 431, 541, 576, 612, 648, forte 249, mei 411, nunc 305, Lxx, Vulgatus, Arabs.

XLVII 20 זאת פאת *hic angulus maris* — ואת פאת *et angulum maris*, Ken. 113, 155, 601, mei 319, primo 187 hisp., sed 319 notat ad margin. alios libros legere זאת.

XLVIII 11 המקדש *sanctificato*, vel *sanctificatum* — המִקדש per *chirech* et *scevà*, *sanctuarium*, cod. mei 4, 186, 211, 305, 319, 380, 411, 554, ex Lilienthalio p. 325 Regiomontanus 2, seu Kenn. 224, ac Vulgatus.

Ibid. מבני *ex filiis* — בני *filiis*, Kenn. 224, Lxx, Arabs. V. 14 יעביר in textu exhibent nonnulli tum Kenn., tum mei.

XLVIII 16. Secundum חמש, quod marg. Kerì non legi jubet et abesse debet a sacro textu, non legunt multi codices utriusque collationis, ex meis

hispanici 4, 23, 26, 196, 341, 411, primo 187, 575, Biblia Soncinensia ac Brixiensia.

Ibid. ומפאת קדים *et de latere orientali* — ופאת *et latus orientale*, Kenn. 89, 155, 158, 224, meus 26, primo 409. Favet contextus, in quo bis occurrit ופאת. Meus 4 פאת.

Ibid. ופאת ימה *et latus maris* — ומפאת *et de latere maris*, Kenn. 150, meus 174, primo 545. Alii ים pro ימה.

XLVIII 20 בחמשה ועשרים אלף *in vigintiquinque millibus*. Kenn. 96, ac meus 20 וחמשה *et vigintiquinque millia*.

XLVIII 21 עד גבול *usque ad terminum* — על גבול *super terminum*, Kenn. 28, primo meus 187 hisp., ad marg. Biblia Veneta 1518.

XLVIII 28 אל פאת *ad plagam australem* — מפאת *a plaga australi*, primo meus 20, Lxx, Syrus.

Ibid. מי מריבת *aquarum contradictionis* — עד מי *usque ad aquas contradictionis*, Kenn. 153, primo meus 187, Vulgatus, Syrus. In plur. מריבות Kenn. 23, 93, 160, 601, primo 3, 94, meus 174. Lxx et Arabs *Barimoth*.

Ibid. על הים *secus mare magnum* — עד הים *usque ad mare magnum*, Kenn. 150, 224, Lxx, Arabs. Kennic. 182, ac bini mei, 518 hispanus, primo 409, אל הים *ad mare*, et Targum, quod legit לימא, huc referendum est, non ad praecedentem lectionem, ut facit Lilienthalius latina versione deceptus.

XLVIII 29 מנחלה *de haereditate* — בנחלה *in haereditatem*, Ken. 250, meus 174, primo 20, R. Nathan in Concordantiis hebraicis, et versiones omnes antiquae.

XLVIII 32 ושער יוסף *et porta Joseph*. Seriem turbat nexus, ac melius שער יוסף *porta Joseph* legunt Kenn. 30, 89, 139, 180, 224, 227, 253, mei 174, 226, 737, primo 20, nunc 305, 380. Sic veteres omnes interpretes, Chaldaeo ipso non excepto.

XLVIII 34 פאת *Angulum*. Veteres omnes cum nexu ופאת *Et angulum*, sicque Kenn. 1, 30, 89, 96, primo 141, primo mei 20, 409, 545. 187 primo ומפאת.



O S E A S

Cap. I 2 דבר. Pagninus *locutus est*, plerique *sermonis*. Codex Regiomontanus 2 habet דבַר *verbi*, sicque ex meis 596, primo 782 Toletanus, LXX, Syrus, Chaldaeus, Arabs, suffragante Lilienthalio *Comm. crit.* p. 349, ac Michaëlis *Bibl. or.* T. XIX p. 170. Vulgatus *loquendi*.

Ibid. מאחרי יהוה *a post Dominum*, vel *a Domino*. Cod. meus 226 primo מאחרי *a post me*.

I 3 ותלד לו *et peperit ei*. Deest לו in Kenn. cod. 154, 182, 246, primo in meo 24, et in Arabe.

I 6 נשא אשא *tollendo tollam* — נשׂה אשׂא *obliviscendo obliviscar*. Ita Vulgatus, cujus lectionem probant Capellus *Crit. sacr.* pag. 878, ac Michaëlis cit. loco. אשׂא per *scin obliviscar* habebat primo cod. meus 596.

I 7 בסוסים *in equis* — ובסוסים *et in equis* cum praefixa copula, quam exprimunt omnes veteres, Jonathane excepto, Kennic. 72, 96, 226, ac Biblia Brixiensia.

II 5 ושתה *et ponam eam*. Praeferenda lectio plena ושתיה, quam hic exhibent mss. codices quamplures, Kennicottiani ac mei, ac multae editiones, Soncinensis utraque, Brixiensis, Pisaurenses omnes, ex recentioribus Athiana secunda 1667, et aliae. II 8 שך. Multi סך cum Prophetis Pisaurensibus.

II 18 תקראי אישי *vocabis*, *maritus meus* — תקראי לי אישי *vocabis me*, *maritus meus*, Kennic. 30, 109. Pronomen *me* legunt LXX, Aquila, Syrus, Vulgatus, Arabs, sed pro suffixo accepto *jod* verbi תקראי, quod proinde vertunt in 3 persona *vocabit*.

Ibid. ולא תקראי לי *et non vocabis me*. Omittunt לי *me* Kennic. 1, 95, primo mei 6, 16, 20, 262, 663, 700, 883, Biblia Brixiensia, Pisaurensia 1517, Prophetae Pisaurenses ex utraque editione 1516, 1520. Nec legisse videntur superius commemorati interpretes, qui et posteriori hoc loco *jod* pro suffixo acceperunt. In Polygl. versus hic est 16.

II 22 וידעת את יהוה *et scies Dominum* — וידעת כי אני יהוה *et scies quia ego Dominus*, Kenn. 2, 17, 30, 89, 93, 95, 107, 109, 111, 149, 180, 181, 196, 218, 246, 249, 251 (primo), 384, primo 1, 177, forte 72, 244, mei 20, 419, 443, 476, 545, 596, 663, 876, 893, primo 2, 6, 16, 211, 262, 305, 380, 543, 594, 656, nunc 226, 440, Biblia Pisaurensia 1517, Prophetae Pisaurenses 1520, ac Vulgatus. Kennicottus citat hic forte 269. Si priorem Pisaurensium prophetarum editionem intelligit, ea nec Abarbanelis commentarium habet, nec hanc lectionem. Si posteriorem, ut ex locorum collatione

videtur, ea nec anni 1516 est, nec dubia. Mendum in illius numeri descriptione, quod ex *Specimine* meo Pontificii codicis, ubi utraque editio accurate distinguitur et saepe producitur, emendari poterat, in repetita Brunsii editione Kennicottianae *Dissertationis generalis* adhuc comparet.

II 23. Primum אענה *exaudiam* sine punctis relictum, ut abolendum, in Kenn. 224, seu Regiomontano 2, testatur Lilienthalius *Comm. crit.* p. 349, qui nec male omitti subdit, omissumque a Lxx, Syro et Arabe. Illud ex prima manu non legebat meus 545, nec cum sequenti נאם יהוה 596. In 789 deerat primo secundum אענה.

III 4 ואין מצבה *et sine statua* — ואין מנחה *et sine oblatione*, Kenn. 476, ac forte 251, qui habet צב sup. ras.. Omnes veteres *et sine altari*, praeter Jonathanem. Vel ergo legerunt מזבח, ut Houbigantius conjicit, vel מצבה de altari interpretati sunt. V. 5 nonnulli ואחר *Et postea*.

IV 6 ואמאסאך *et reprobabo te*. Rectius ואמאסך, omisso א epenthetico, codices quamplures utriusque collationis. Ex hispanicis, qui illud detrudunt, produco hic meos 4, 26, 196, 341, primo 187, 560, 575, 782, ex editis Biblia Soncinensia, Pisaurensia, Prophetas Pisaurenses 1516, et 1520. Alii codices notant א redundare, etiam hispanici, ut mei 23, 295, pauci ita ad marg. legendum suadent, apposito Kerì. Sic ex Kenn. 475, 602, ex meis 579 a Kennic. notatus sub num. 570.

IV 8 נפשו *animam suam*, vel *ejus* — נפשם *animam suam*, *eorum*, Kenn. 17, 23, 150, 154, 160, 224, 246, 601, primo 30, 96, forte 89, ex Bibliis Halensibus primo 375, seu Erfurtensis 5, mei 174, 440, primo 2, 380, 545, primo ext. 1, Lxx, Syrus, Chaldaeus, Vulgatus, Arabs, seu versiones omnes. Cod. meus 319 notat ad marg. *alii libri* נפשם. Lectio ex contextu melior, ut observat Lilienthalius.

IV 9 ומעלליו *et opera ejus*. Biblia Veneta 1518 in 4. servant hic ad marg. variam lectionem וכמעלליו *et juxta opera ejus*, ut vertit Targum. Solus codex Kenn. 225 כמעלליו. Ab editione in 4. non putaverim hic diferre editionem in fol. ejusdem anni, ac prohinde mendi suspecta est Kenn. nota, quae illi tribuit lectionem ובמעלליו.

IV 11 ויין *et vinum* — יין *vinum* Ken. 1, 30, 89, 93, 96, 101, 141, 150, 173, 180, 224, 227, 250, 252, primo 178, forte 290, nunc 249, 251, mei 2, 4, 20, 346, 518, 548, 576, 579, 663, primo 1, 3, 187, nunc 211, 304, 305, 463, 545, 667, 824, videtur primo 789, Biblia Complutensia, Pisaurensia, Prophetae Pisaurenses 1520. Ita communem lectionem ויין, quam prior editio Pisaurensis anni 1516 exhibebat, in duabus subsequentibus in יין Pisaurenses editores correxerunt.

IV 12 התעה *errare fecit* — התעם *errare fecit eos*, Kenn. 17, 324, forte 154, 201, nunc meus 226, primo ext. 1, Talmud Babylonicum, Syrus, Chaldaeus, Vulgatus. Lxx et Arabs התעו.

IV 15 ואל תבאו *et ne ingrediamini*. Multi codices אל תבאו sine ו, quos sequuntur Biblia Pisaurensia 1517, Bombergiana utraque 1518, Munsteriana

1536, Prophetae Pisaur. 1520, Lxx, Chaldaeus, Arabs. Lilienthalius, qui Syrum producit, et Chaldaeum omittit, latinas eorum versiones hic parum accuratas consuluit.

IV 18 סר *Recessit*, vel *declinavit*. Nullus שר *principem*, ut in suis codicibus legebat Aquila, qui, teste codice Syro-Hexaplari Ambrosiano, vertit ܪ̈ܫܢܐ. Symmachus et Theodotio, qui habent ܐܣܛܝ *declinare fecit, divertit, pervertit*, legisse videntur הסר in Hiphil.

Ibid. סבאם *vinum eorum*. Codex meus 226 primo סובאים *ebriosi, potatores*, 545 primo צבאם *exercitus eorum*, Kenn. 93 סבאים *Sabaei*. Lxx, Syrus Hexaplaris et Arabs *Chananaeos*, legentes vel סבאים, quae Capelli conjectura est *Crit. sacr.* pag. 508, vel סובאים. Syrus simplex omittit, reliqui communi scripturae adhaerent. In cod. meo 187 hispano inter סר et סבאם *jod* deletum est, quod ad alterutrum vocabulum potest transferri, ac legi vel סרי, vel יסבאם. Sequens verbum הזנה codices nonnulli legunt cum *chirech* et in praeterito *fornicatus est*. Sic mei 226, 319, 380.

Ibid. הבו *afferte*. Deest in Kennic. 100, 145, 149, in Lxx, Arabe, et utroque Syro, simplici et Hexaplari, maleque geminatum ex praecedenti אהבו Houbigantius autumat. Cod. meus 226 הָבו per *kametz* forma regulari, 413 Hillelianus primo אהבו *dilexerunt*. Symmachus, cum quo in Montfauconii Hexaplis congruit V editio, legit חבו per *chet*, nam in codice Syro Hexaplari Ambrosiano reddit ܐܚܒܘ ܚܘܒܬܐ ܕܝܠܗ *dilexerunt reatum ejus*.

Ibid. מגניה *clypei ejus*. Kenn. 126 מגנה *clypeus ejus*, Symmachus ܕܡܓܢܗ ܨܥܪܘܬܐ ܗܘ *cujus praesidium ignominia est*. Lxx, qui vertunt ἐκ φρυάγματος αὐτῆς *ex superbia ejus*, non *ex fremitu ejus*, ut habent Polyglotta Londinensia, legisse videntur מגנה, non מִגְנִיה a גן, ut vult Capellus, vel מגאונם, ut Scharfenbergius in notis ad Capellum p. 509. Nullus tamen ex collatis codicibus lectionem illam, aut aliam ei respondentem exhibet. Codex Syrus Hexaplaris Ambrosianus Graecum fontem secutus habet ܐܚܒܘ ܨܥܪܘܬܐ ܡܢ ܫܘܒܗܪܬܐ ܕܡܓܢܗ *dilexerunt ignominiam ex arrogantia ejus*. Ita ܥܫܓܘܬܐ, non ܡܫܓܘܬܐ ut mendose habet impressum Norbergii Specimen, in quod non unum hoc, proculdubio typographicum, sed graviora alia parum accurate descripti, vel ad scriptoris arbitrium ac mentem immutati apographi errata irrepsisse ex nuperrimis cl. Bugatti litteris intelligimus, suadentque excerpta Danielis II 28. Nec enim ܒܡܚܫܒܬܐ ܬܗܘܐ *in cogitatione eris*, ut habet Norbergianum Programma, in Ambrosiano codice legit Symm., sed ܒܡܚܫܒܬܐ ܗܘܝܬ *in cogitatione eras*, nec textus Hexapl. ܥܠ ܥܪܣܐ ܕܝܠܟ, sed ܥܠ ܥܪܣܟ ܕܝܠܟ, expresso etiam in nomine ex idiotismo sat syris familiari suffixo. Nec tandem Dan. III 1 ܨܘܪܐ de *Tyro*, sed de appellativo *septo* exponendum est, ut habent Lxx, et ut margo ipse codicis admonet, apposita graeca voce περίβολον ab illis usurpata. Conf. *Daniel juxta LXX* Romae editus, et Hieronymus ad h. l. Naevos hos a Mediolanensi editione, quam ex autographo ipso parat, brevique, facto a Danielis libro initio, susceptururus est commemoratus diligentissimus Ambro-

sianae Bibliothecae doctor, non modo confidimus, sed et pro certo habemus longissime abfuturos.

IV 19 אותה *eam* — אתה *tu*, primo codices mei 226, 380, Lxx. Vera namque Lxx interpretum lectio est hic σὺ εἶ *tu es*, ut habet codex Vaticanus et Alexandrinus, non συριεῖ *sibilabit*, ut Barberinus, Hieronymus, Theodoretus, vel συνιεῖ *intelliget*, ut editio Aldina. V. Nobil. *Schol.* in h. l. et Cappell. *Crit. sacr.* p. 509. Defective אתה multi sive Kennicottiani, sive mei, etiam hispanici, ut mei 26, 187, 346, 411, primo 782 et Hillelianus 413, Biblia Soncinensia, Complutensia, Basileensia 1536, Prophetae Soncinenses ac Pisaurenses. Ita etiam defective legit et pro verbo accepit Arabs, qui vertit أنس *invasit*.

Idem אותה *eam*. Non legunt Kenn. 4, primo meus 579, et Syrus.

Ibid. מזבחתם *ob sacrificia sua* — מזבחותם cum *sceva* sub *zain*, *altaria eorum*, codices mei 4, 20, 24, 174, 295, 319, 341, 380, 440, 554, 596, 663, 715, primo 3, 186, 210, 305, 411, 518, 782, 789, Biblia antiqua sine anno et loco, Biblia Brixiensia. Alii ממזבחותם *ex altaribus suis*, vel *propter altaria sua*. Sic mei 2, 226, Lxx, Syrus, Chaldaeus, et Arabs.

V 1 על תבור *super Tabor* — על הר תבור *super monte Tabor*, primo meus 2, et Arabs. Jonathan *super monte excelso*, Lxx *super Itabyrium*.

V 2 שטים. Margo Hooghtianus notat alios libros habere סטים. Innuit praesertim impressos, non mss., qui sunt paucissimi, ex Kenn. solus 201, nam 253 ex editis haustus videtur, ex meis 596 et quidem ex secunda manu.

V 3 הזנית *fornicatus es*. Nullus הזנה *fornicatus est*, ut legunt omnes veteres. הזנתה Kenn. 139, 224, primo meus 663.

Ibidem נטמא *contaminatus est* — נטמאתה *contaminatus es*, Kenn. 669, ut in 2 persona praecedit הזנית.

V 4 אל אלהיהם *ad Deum suum* — אל יהוה אלהיהם *ad Dominum Deum suum*, Kenn. 210, 250, meus 715.

V 7 חדש *mensis*. Primo omissum in meo 545. Nullus חָדָשׁ, ut Michaëlis. Sequens את non legit Kenn. 30, meus 226. In Vulgato pro *patribus* lege *partibus*.

V 8 חצצרה *tuba*. Kenn. 112, ac primo meus 545 חצצרות *tubis*. A Kenn. 93 abest אחריך *post te*. Vers. 10 במכיבי. Multi כמשיבי, inter quos non desunt hispanici. At versu sequenti nullus pro צו legit שוא.

V 13 יגהה *sanabit* — יהגה *amovebit*, Kenn. 145, primo mei 2, 548, יהגהה primo meus 380. Ita per יהגה explicat Jarchius, melius ob sequens מכם *a vobis*. Alii hanc eandem significationem a cognatis linguis orientis, praesertim vero ex syriaco ܓܗܐ, et arabico جهجه, hebraico גהה tribuunt. V. Clod. *Lex. heb. select.* p. 105, et Michaëlis *Supp. lex. heb.* p. 273.

VI 3 נרדפה *sequemur*. Kennic. 4, 249, primo 178, primo mei 226, 545, ונרדפה cum ו praefixo.

VI 4 וחסדכם *et misericordia vestra*. Melius חסדכם sine nexu Kennicottiani multi ac mei, ut Vulgatus, ac Syrus.

VI 5 ומשפטיך *et judicia tua* — ומשפטך *et judicium tuum*, Kenn. 245, primo meus 211. Melius ob sing. verbum יצא *egredietur*, quod sequitur.

Lxx, Syrus, Arabs, ac Chaldaeus ipse, qui raro a recepto textu discedit, legerunt hic ומשפטי כאור יצא *et judicium meum sicut lux egredietur*, translato ad vocabulum אור *caph* voc. ומשפטך. Ac lectionem hanc quae sane contextui conformior ac verior est, tuentur Kennicottus *Diss. gen.* §. 28 p. 13, et Michaëlis *Bibl. or.* T. XIX pag. 172. Nullus tamen ex collatis codicibus eam servat, communemque adversus Kennicottum defendit Tellerus *De judicio super var. lect.* pag. 58. V. 7 כאדם *sicut homo*. Cod. meus 554 primo באדם *in homine*, vel *contra hominem*. Nullus *sicut Edom*.

VI 9 וכחכי *et juxta expectare*. Quaedam antiquae editiones, ut Prophetae Pisaurenses an. 1520, Biblia Veneta Rabbinica 1525, Basileensia 1536, ובחכי *et in expectando*, quod contra mss. codicum fidem fieri Norzius animadvertit. Silent reapse codices Kennicottiani, sed meus 3 aperte ita legit, nec aliter videtur ex prima manu legisse 575. Kenn. 115, ac meus 20 וכחכה forma regulari, Kennic. 150 ובחכה, 224 וכחט. חבר et דרך primo omiserat meus 545, a 3 primo aberat איש, pro quo Kenn. 224, et meus 575 primo אש. Ib. כי זמה. Cod. meus 211 primo בי זמה *contra me scelus*.

VI 11 לך *tibi* — לה *sibi*, Kenn. 4, mei 211, 440, 579, primo 2, primo ext. 1, Biblia Soncinensia, Biblia Brixiensia a Kenn. omissa, Chaldaeus. VII 1 כרפאי. Dubia est, quae hic a Kennicotto affertur Brixiensium Bibliorum lectio ברפאי, collatis etiam pluribus eorum exemplaribus.

VII 2 ללבבם *ad cor suum* — בלבבם *in corde suo*, Kennic. 17, 30, 93, 115, 150, 178, 224, primo 251, forte 72, ex mea coll. 243, mei 2, 196, 380, primo 20, 211, 411, 440, 663, nunc 23, primo ext. 1, Biblia Complut., sicque vertunt Syrus, Chaldaeus, Vulgatus, Arabs. Margo cod. mei 319 *alii libri* בלבבם. V. 4 nullus בעד masc.

VII 5 מלכנו *regis nostri* — מלכינו *regum nostrorum*, Ken. 2, 30, 72, 93, 139, 150, 154, 159, 178, 224, 225, 245, 249, mei 20, 186, 211, 380, 554, 560, 663, 667, ext. 1, Syrus. In plur. etiam Lxx et Arabs, sed cum alio suffixo.

VII 6 בארבם *in insidiando eos*. Per *caph* כארבם primo Kenn. 72, aperte meus 20. Nullus pro קרבו legit חרבו, vel קרבו.

VII 12 כאשר ילכו *Quum iverint* — באשר ילכו *Quocumque iverint*, Kennic. 139, primo meus 2, Syrus, Chaldaeus, Arabs.

Ibidem איסרם *castigabo eos*. Qui praeferunt conjugationem Pihel, habent hic Soncinenses Prophetas cum nonnullis utriusque collationis codicibus legentes איסרם. Codex meus 411 primo אסירם.

Ibid. לעדתם *coetus eorum*. Codex 226 primo לעדתי *coetus mei*, 211 primo לעדם *testimonii*, vel *contestationis eorum*, ut Syrus. Nullus לצרתם vel לענתם, ut Lxx, vel לעצתם, ut Chaldaeus.

VII 14 זעקו *clamaverunt*. Lectionem יזעקו, quam ad marg. notant Biblia Bombergiana 1518, et in Appendice Basileensia 1536, solus habet Kenn. 30.

Ibid. יתגוררו *congregant se* — יתגודדו *turmatim conveniunt*, Kenn. 150, 182, primo 115, mei 20, 174, 341, pri-

mo 26, 187, 216, 380, 545, 575, forte 504, Biblia Pisaur. 1517, Prophetae Soncinenses 1486. Probat Michaëlis *Bibl. or.* T. xviiI pag. 78, et xix p. 178. Codex meus 295 notat codices discrepare, legentes hoc verbum cum ד, illudque permutantes cum יתגודדו, quod occurrit Jerem. v 7. Alii יתגודרו *sepiunt se*. Sic Kenn. 17, 224, primo meus 23, ad marg. 504. Alii יתגרדו, ut in Jobo, *scabunt*, vel *scalpunt se*. Ita cod. meus 211, et ut videtur, primo 782 Toletanus. V editio in Hexaplis verbum hoc omittit, nec legit Kenn. 93. Ib. יסורו בי. Nullus יסרו *eruditi sunt*, ut Lxx et Arabs, vel יסדו, ut Houbigantius.

VIII 2 ישראל *Israel*. Nomen hoc, quod sensum impedit, non legunt Ken. 96, primo meus 319, Lxx, Syrus, et Arabs. Houbigantius transponit, legitque אלהי ישראל ידענוך *Deus Israel, novimus te*. Pro אלהי meus 211 primo אלי.

VIII 4 השירו *constituerunt principem* — הסירו *amoverunt*, Kenn. 182, primo 116, primo meus 226. Confer. Jarchius, qui notat Masoram locum hunc ad ea amandare, quae scribuntur per ש, et leguntur per ס.

VIII 5 בכם *in eos*. Kennic. 23 בך *in te*, videlicet Samaria, quam Deus alloquitur.

Ibid. יוכלו *poterunt*. Codex meus 211 primo יוכל *poterit*. Kennic. 128 primo, ut videtur, לנקיון.

VIII 6 והוא *et ipse* — הוא *ipse*, primo Kenn. 172, primo meus 554, Syrus, Houbigantius. Pro חרש meus 545 primo חדש. V. 7 בלי. Ken. 30 בל.

VIII 10 יתנו *mercede conducent* a תנה — יתנו cum *daghesc* in ת a נתן *tradent*, codices mei 4, 211, 226, 295, 341, 440, 554, 575, 715, primo 319, 545. Sic Lxx, Syrus, Chaldaeus, Arabs, sed passive *tradentur*.

Ibid. שרים *principum* — ושרים *et principum*, melius Kennic. 96, 115, 145, 150, 180, 224, 253, 355, primo 2, 290, forte 17, 154, mei 2, 4, 20, 24, 174, 346, 380, 440, 663, primo 27, 226, 305, 545, 548, nunc 319, Talmud Babylonicum, Lxx, Aquila, Syrus, Chaldaeus, Vulgatus, Arabs. Ita Houbigantius et Michaëlis *Bibl. or.* T. xviiI p. 79, et xix p. 180. V. 12 רבי vel רובי multi in textu.

VIII 13 וַיאכלו *et comederunt*. Melius ויאכלו per *sceva* et sine *vav* conversivo, *comedent*, vel *comedunt*, codices mei 4, 174, 196, 304, 440, 579, 715, primo 2, 26, 187, 305, 319. 518, 789. Ac variam hanc codicum lect. notat 782, et Biblia Ven. 1518.

VIII 14 ארמנתיה *palatia ejus* — ארמנתיו cum suffixo masc. primo Kenn. cod. 93. Ita Houbigantius, et praecedens עריו.

IX 1 אל גיל *ad exultationem*. Veteres omnes interpretes אַל *ne exultes*, ex collatis meis codicibus nullus. Deerant haec verba in 575.

Ibid. כעמים *sicut populi* — בעמים *in populis*, Kennic. 17, 112, 160, 253, primo 150, mei 20, 24, 187, 211, 226, 560, 663, 689, 824, primo 305, 440, 575, 596, nunc 545, Biblia Pisaurensia 1517, Prophetae posteriores Soncinenses 1486, Pisaurenses 1516, Pisaurenses cum Com. Abarbanel 1520, ad marg. Biblia Veneta 1518.

IX 2 בהּ *in ea* — בם *in eis*, melius Kenn. cod. 1, 4, 17, 24, 30, 93, 96, 155, 178, 180, 182, 201, 206, 210, 224, 225, 246, primo 72, 116, 251, forte 150, 154, ex Bibliis Halensibus primo 375, seu Erfurtensis 5, ex mea collatione primo 420, mei 26, 174, 226, 346, 380, 440, 663, 715, primo 2, 20, 27, 211, 305, 545, 554, 596, 789, primo ext. 1, Biblia Pisaurensia 1517, Fragmentum ignotae editionis Oseae sec. XV, ad marg. Biblia Veneta 1518, ac versiones omnes. בה hic poni pro בהם notat Kimchius, sicque legendum vel exponendum esse judaeorum critici conjiciunt. Conf. Houbigantius qui plur. lectionem defendit, Norzius, et quae olim notavimus *De ignotis antiq. edit.* p. 9.

IX 6 לכספם *argenti eorum* — לנפשם *animae eorum*, Kenn. 72, 150, 201, meus 715. V. Michaëlis *Biblioth. or.* T. XVIII p. 89, et XIX p. 181.

IX 8 עם אלהי *cum Deo meo* — עם אלהיו *cum Deo suo*, Kennic. 72, 145, 149, 150, 153, primo 1, 116, nunc 182, mei 226, 440, 518, primo 663, nunc 380, 545, Prophetae Soncinenses, Arabs. Notat Abarbanel sibi videri ex verbis Salomonis Jarchi in ejus exemplari scriptum fuisse עם אלהיו, sed veram lectionem esse עם אלהי. Id repetit Norzius, qui perperam testatur in omnibus libris legi אלהי. Ita sane sacrum contextum producit Jarchius, non modo in Bibliis Rabbin., sed in cod. meo 387. Quamobrem Breithauptum, qui in latina versione ejus *Commentarii* hodiernam lectionem sequitur, ad vulgatum textum Raschii verba opinor emendasse. Pauci contra codices in fine versus pro אלהיו legunt אלהי, ex meis 196 hispanus ex prima manu. Pro עַם Grotius ac Michaëlis legunt עִם.

IX 9 יזכור *recordabitur* — עתה יזכור *nunc recordabitur*, Kennic. 253, primo mei 579, 663, nunc 210, Biblia Soncinensia, Brixiensia, ad marg. Veneta 1518, in Append. Basileensia 1536. Plures ויפקוד.

IX 10 כאהבם *secundum amorem suum* — באהבם *in amore suo*, cod. mei 4, 26, 187, 226, 380, 663, primo 211, 305, 440, 545, 575. Kenn. 4 videtur primo legisse כאהבים *sicut dilecti*, ut LXX, 30, et Prophetae Soncinenses באהבים.

IX 12 בשורי *in dominari me* — בסורי *in recedendo me*, Kennic. 150, 224, 297, ש sup. ras. 126, primo ext. 1, Aquila, Vulg., Targum. LXX et Arabs בשרי *caro mea*.

IX 13 ואפרים *et Ephraim*. Codices nonnulli cum fragmento antiquissimae editionis Oseae apud me extante אפרים sine ו praefixo, ut primum quod in hoc versu occurrit.

IX 16 בל in textu mss. codices quamplures, et editiones aliquot, inter quas Soncin. 1486, Brixiensis 1494, Basileensis 1536.

IX 17 אלהי *Deus meus* — אלהים *Deus*, Kenn. 153 ad calc. *Diss. gen.*, et ex collatione Tychsenii *Repert. or.* T. I. pag. 179, LXX, Arabs. X 2 יאשמו. Cod. meus 596 primo לאשמו.

X 4 כראש *sicut caput* — בראש *in capite*, Kenn. 72, 150, 210, primo 128, mei 26, 554, 715, 824, primo 2, 210, 211, 305, 667, et ut videtur, 411, Biblia Pisaurensia, Pisaurensis utraque editio posteriorum Pro-

phetarum, 1516, 1520, ad margin. Biblia Veneta 1518.

Ibid. על תלמי *super sulcos* — על כל תלמי *super omnes sulcos*, Kenn. cod. 17, 72, 228, primo mei 211, 579, nunc 554, Biblia Soncinensia, Brixiensia, Pisaurensia, ad marg. Ven. 1518. Binae aliae Pisaur. editiones omittunt כל.

X 5 יגילו *exultabunt*. Codex meus 226 primo יגורו *pavebunt*, nullus יחילו, quae Calmeti conjectura est ab Houbigantio approbata. Nullus שכני *habitatores*, et v. 6 pro בשנה *saccus*, nullus mutatis punctis בשָנה *hoc anno*, ut vertit Arabs.

X 7 נדמה in Benonì *Exscindetur*. Nonnulli ex meis codicibus, inter quos 20, 211, 380, primo 226, נדְמָה in praeterito *Excisus est*.

X 8 חטאת *peccatum Israel* — חטאות *peccata Israel*, codices mei 196, 226, 380, 715, plene in pl. חטאות primo 305, 663, Lxx, Chaldaeus, Arabs. Ibidem לגבעות *collibus* sine praefixo ו Fragmentum ignotae Oseae editionis sec. xv.

X 9 עלוה *iniquitatis* litteris transpositis. Melius עולה Kenn. 2, 3, 115, 149, 161, 171, 195, 307, 342, 352, 417 marg., 421, 423, 431, 434, 452, 461, 474, 477, 514, 526, 541, 549, 559, 575, 587, 606, 612, 613, 637, 648, primo 17, 91, 209, 249, 297, 327, 332, 355, 360, 361, 646, forte 173, 252, 254, 336, 404, mei 4, 295, 319, 341, 440, 509, 579, 689, 715, primo 27, 187, 304, 413, 548, 782, forte primo 824, Biblia Brixiensia.

X 10 באותי *In desiderio meo* — כאותי *Juxta desiderium meum*, Kennic. 246, primo 89, et Vulgatus. Lxx et Arabs omittunt. Nullus באתי, quam veram scriptionem esse Houbigantius conjicit. Cod. meus 226 primo ואסורם.

Ibidem עינתם. Kerì עונתם, vel עונתם in textu servant mss. codices quamplures, illudque praefert Capellus *Crit. sacr.* pag. 511. Michaëlis retinet Chediv, quod ab arabico عين deducit. Kenn. 173, ac Complutensis editio עונתם.

X 11 אהבתי *diligens*. Codex meus 211 primo אהבת sine *jod* paragogico, 596 primo אהבי et pro יעקב *Jacob* meus 463 hispanus primo ישראל *Israel*.

X 13 בדרכך *in via tua* — בדרכיך *in viis tuis*, Kennic. 4, 96, 150, 182, primo mei 440, 596, Syrus, Chaldaeus, Vulgatus. Lxx et Arabs in plur. et ipsi, sed aliter nomen vertunt.

X 14 וקאם *Et exurget*. Cod. meus 440 primo ואקם *Et suscitabo*. Nonnulli וקם sine א, quod alii monent ad marg. redundare.

Ibid. ארבאל *Arbael* — אדבאל *Adbael*, Kenn. 356, 403, 476, primo 245, primo mei 211, 305, 789, et Biblia Soncinensia. Alii ארבל, inter quos meus 187 hispanicus ante correctionem. Grotius et Houbigantius ירבעל *Jerobaal*, ut cod. Alex. Lxx. Multa Michaëlis *Bibl. or.* T. xviiI p. 93, et xix p. 185. Codices multi Kenn. ac mei בעמך defective et in singulari. Inter hos hispanici accuratissimi, Biblia Soncinensia, Brixiensia, Pisaurensia, Veneta 1518, ac Fragm. Oseae sec. xv.

Ibid. מבצריך *munitiones tuae*. Prophetae posteriores Pisaur. cum Comm. Abarbanelis anni 1520 מבצרך *munitio tua*. Favet contextus, et sequens יושד *vastabitur*, quod defective ישד *vastabit*

legunt Kennicottiani aliquot, et mei, inter quos 554.

X 15 עשה *fecit* — יעשה *faciet*, primo meus 545, et Fragm. antiquae editionis Oseae sec. XV. LXX et Arabs *faciam*.

Ibid. מפני רעת רעתכם *a facie malitiae malitiae vestrae*. Aberat רעת a cod. meo 226.

Ibid. בשחר *in aurora* — כשחר *quasi aurora*, Kenn. 4, 112, 150, 180, 245, 253, 337, 403, 601, 613, primo 130, 198, 476, forte 17, 23, mei 4, 20, 226, 380, 545, primo 27, 211, 824, Proph. Soncinenses 1486, ad marg. Bibl. Veneta 1518, et Vulgatus.

XI 2 מפניהם *a facie eorum* — לפניהם *ante eos*, cod. meus 715, primo 596. LXX, quos sequitur Michaëlis in *Bibliotheca orientali* T. XIX p. 188, מפני הם *a facie mea ipsi*.

XI 3 תרגלתי *ire feci*, vel *assuefeci*. Regularem formam הרגלתי ex tot utriusque collationis codicibus solus sistit meus 27 hispanus ex prima manu. In קחם nulla lectionis varietas, unde et aphaeresis ל primae radicalis hic in Benonì agnoscenda.

Ibid. על זרועתיו *super brachia sua* — על זרועתי *super brachia mea*, primo Kenn. 178, primo mei 27, 575, 663, nunc 226, Prophetae Soncin. 1486, LXX, Syrus, Vulgatus, et Arabs, sed LXX et Arabs in singulari. Chaldaeus *super brachia*. Quotquot ergo ex vetustis interpretibus suffixum exprimunt, illud habent in 1 persona, quae et contextui magis congruit, nec male ab Houbigantio anteponitur. Codex meus 346 hisp. זרעותם *brachia eorum*.

Ibid. ולא ידעו *nec cognoverunt*. Codex meus 24 primo ולא ידע *nec cognovit*.

XI 4 כמרימי *quasi exaltantes* — כמרים *quasi exaltans*, primo Kenn. 3. In sing. omnes versiones.

Ibid. על על. Unum tantum על legunt Kenn. 1, 94, 154, primo mei 20, 26, 295, 380. Ex meis plerique omittebant primum, seu עֹל *jugum*, quod non videntur legisse LXX.

Ibid. אוכיל *cibum* — אוביל *reducam*, cod. Kenn. 112, 160, 601, mei 689, primo 186, 211, 545, 596, 663, videtur primo 187, nunc 413, Biblia Brixiensia, Biblia antiqua sine anno et loco. Praefert Michaëlis *Bibl. or.* T. XIX p. 188. LXX אוכל *praevalebo*.

XI 5 לא ישוב *Non revertetur* — לא ישובו *Non revertentur*, Kennic. 224, Syrus, et Chaldaeus, Nullus לו *ei*, ut LXX. Conf. Dathe et Michaëlis *Bibl. or.* T. XV p. 55. Pro ישוב Kenn. 180, mei 2, 789, אשוב, omnes ex prima manu.

XI 7 תלואים *suspensi*. Cod. meus 663 primo תלוים forma regulari.

Ib. למשובתי *propter aversionem meam*, vel *a me*. LXX, qui vertunt *ex incolatu suo*, defective legerunt et cum suffixo 3 personae. Defective etiamnum legunt למשבתי Kenn. 1, 17, 30, 82, 109, 243, mei 23, 291, 380, 384, Biblia Soncinensia, ac Complutensia.

Ibid. ואל *et ad*. Codex meus 226 וְאֵל *et Deus*, ut LXX, sicque correctum in 267.

Ibid. על *excelsum*. Cod. meus 596 primo אל *Deum*, ut Syrus. Nullus עֹל *jugum*, ut Vulgatus. Cod. meus 174 primo ער *inimicum*.

Ibid. יקראהו *vocabunt eum* — יקראֵהו *vocabit eum*, cod. mei 440, primo 2,

187, ad marg. Biblia Ven. 1518. Alii plene יקראתו. יחד omissum primo in cod. meo 440.

XI 8 כצבאים *ut Tzeboim*. Codices aliqui כצבוים, alii כצביים, inter quos mei 2, primo 20, 440.

XI 9 בעיר *in urbem*. Codex meus 596 בָעיר cum *kametz*, ut legit Michaëlis *Bibl. or.* T. XIX p. 190, qui illud exponit ut arabicum بعير *iratus*. Houbigantius, qui vocabulum hoc mendosum habet, illud emendat in העבר, vel לעבר. ולא omissum primo in codice meo 380, alii vero multi לא אבוא, vel defective אבא.

XI 10 כי הוא ישאג *quia ipse rugiet*. Abest a Kennic. 2, 145, 151, primo a meis 211, 486, 545.

XII 1 ועם קדושים *et cum sanctis*. Cod. meus 2 primo ועם קדושיו *et cum sanctis ejus*. Utrumque עם Syrus legit עַם *populus*, secundum Lxx et Michaëlis.

XII 3 כמעלליו *juxta studia ejus* — וכמעלליו *et juxta studia ejus*, Kennic. 17, 72, 76, 109, 136, 150, 201, 245, mei 196, 715, primo 2, 3, 11, 663, 700, 825, nunc 545, Prophetae Soncinenses, ac versiones omnes.

XII 5 ימצאנו *invenit eum* — ימצאֻנו *invenit nos*, codices mei 304, 305, 518, 545. Ita Michaëlis *Bibl. or.* T. XIX pag. 191. Aquila, Symmachus, Theodotio, Syrus, Chaldaeus, Vulgatus *eum*. Cod. Kennic. 93 ex prima manu, Lxx et Arabs ימצאוני *invenerunt me*.

XIII 1 כדבר. Prophetas Soncinenses ut legentes בדבר, producit Tychsenius in eorum *Descriptione* excusa in *Rep. or.* T. VIII p. 82. Forte dubia in suo exemplari littera, sed bina mea exempla aperte legunt כדבר.

XIII 2 מכספם *ex argento eorum*. Biblia Soncinensia, Brixiensia, et cod. Kenn. 253 illis recentior addunt ומזהבם *et ex auro eorum*. Ita primo meus 579, unde Soncinates videntur hoc additamentum, quod nullam habet in vetustis interpretibus auctoritatem, desumpsisse.

Ib. כתבונם *in intelligentia sua* — כתבונם *secundum intelligentiam suam*, Kennic. cod. 1, 3, 4, 17, 24, 29, 80, 94, 95, 107, 109, 111, 113, 126, 154, 158, 160, 175, 182, 198, 201, 224, 225, 226, 227, 228, 244, 245, 290, 384, 601, 602, forte 82, 89, ex collat. Henr. Michaëlis in Bibliis Halens. 375, seu Erfurt. 5, ex mea 420, 421, 475, codices mei 1, 2, 3, 4, 7, 11, 16, 20, 23, 24, 26, 27, 30, 174, 186, 187, 196, 200, 210, 211, 226, 230, 240, 248, 262, 264, 265, 266, 295, 304, 305, 319, 341, 345, 346, 380, 384, 411, 413, 419, 440, 443, 463, 476, 504, 509, 512, 518, 535, 543, 545, 548, 554, 560, 562, 575, 576, 579, 592, 594, 596, 656, 663, 665, 667, 674, 689, 715, 721, 722, 782, 824, 850, 851, 893, ext. 1, 33, 103, Biblia Soncinensia, Brixiensia, Antiqua sine anno et loco, Pisaurensia 1517, Veneta 1518 utraque, Veneta 1521, Munsteri bina hebraeo-latina 1534, 1546, bina Parisiensia Roberti Stephani in 4. et 16., Sanctandreana 1586, Nisseliana 1662, Mantuana 1742, Liburnensia 1780, Prophetae Soncinenses 1486, Pisaurenses 1516, Pisaurenses 1520,

v Prophetae minores Paris. 1556, in Aphtaroth Pentateuchus Neapol. 1491, Brixiensis 1492, Antiquus in 4. sine anno et loco, CPolitanus 1505, Pragensis 1518, CPolitanus 1522, Venetus 1524, Venetus 1527, Veneti duo an. 1548, Ferrariensis 1555, Ripae Tridenti 1561, Veneti sequentium annorum 1574, 1588, 1597, bini 1606, Amstelodamenses duo, 1696, 1712, Aphtarae Basil. 1619. Ms. codicem sic legentem producit Pocockius *Comm. in Hoseam* p. 725, et Norzius testatur in omnibus codicibus, quos habebat prae manibus, legi כתבונם per *caph*, nec aliter ab omnibus commentatoribus exponi, unde et lectio haec recte in Mantuanis Bibliis sine ulla haesitatione est restituta. Per *caph* etiam Lxx, Chaldaeus, Vulgatus, et Arabs, sed vertentes *secundum similitudinem*, vel *imaginem*, ii legisse videntur כתמונת vel כתבנית, vel quoad Chaldaeum alterutrum nomen cum suffixo. Confer. quae annotavimus *De Typogr. hebr. Ferr.* p. 60. Illud singulare R. Jechiel Hillel, nuperum auctorem commentarii *Metzudath Tzion* in Bibliis Liburnensibus 1780, legere כתבונם per כ, et exponere, ut citati antiqui interpretes, in significatione imaginis. En ejus verba: כתבונם כמו כתבניתם והוא ענין דמיון Idem כתבונם. Melius כתבונתם forma foeminina hujus nominis propria cod. meus 16 ex prima manu.

Ibid. כלה *totum illud* — כלם *omnium eorum*, Kennic. 80, 150, 155, 180, primo, 3, 224, mei 592, primo 2, 319, 346, 419, 543, 596. Alii כלו, ut Kenn. 18, 23, 29, 112, 136, 160, 181, 601, primo 245, forte 82, mei 11, 23, 248, 476, 504, 667, 674, 721, 851, primo 26, 782. Ibid. זבחי. Nullus זבחו, ut Lxx, Symmachus, ac Vulgatus.

XIII 6 כמרעיתם *juxta pascuum suum* — במרעיתם *in pascuo suo*, forte Kennic. 107, mei 16, 26, 380, 411, 663, 665, 893, primo 23, 305, nunc 262.

XIII 7 אשור *speculabor*, vel *insidiabor* — אַשּׁוּר *Assyriae*, codices mei mss. 4, 26, 174, 186, 210, 248, 319, 411, 413, 512, 596, 689, 893, ad marg. 663, Biblia Brixiensia, Pisaurensia 1517, Ven. 1525-28, Veneta 1533, Veneta 1544, Veneta 1551, Veneta 12. 1552, Ven. 1563, Plantiniana in 4. et 8. 1566, Veneta 1566, Veneta 1582, Veneta 1595, Veneta 1613, Veneta 1615, Veneta 1627, Veneta 12. 1635, Ven. 1647, Prophetae Pisaurenses 1516, Pisaurenses 1520, in Aphtarà hujus loci Pentateuchus Venetus 1524, Venetus 4. 1548, Ripae Tridenti 1561, Mantuanus 1589, Amstelodamensis 1696, Venetus 1777, Aphtarae Basil. 1619, Lxx, Syrus, Vulgatus et Arabs. Conf. Capellus *Crit. sacr.* p. 535. Jarchius tamen, Kimchius, Norzius lect. hanc damnant, monentque legendum per *kametz*. V. 8 codices nonnulli utriusque collationis cum Prophetis Soncinensibus וחית *et bestia*, et v. 9 Kennic. 150 omittit בי, integrum versum meus 440, sed nullus habet כי מי, ut Syrus et Michaëlis.

XIII 10 אהי מלכך *Ero rex tuus* — איה מלכך *Ubi rex tuus*? Kenn. 145, forte 89, ad marg. meus 380, Lxx, Syrus, Chaldaeus, Vulgat., Arabs. Codex meus 665 ad marg איה פי׳ *expositio est* Ubi, quam significationem te-

xtuali lectioni אהי tribuit et Buxtorfius *Lex. heb.* p. 10. Confer. Houbigantius in h. l., Kennicottus *Diss. II sup. rat. T. H.* p. 354, Michaëlis *Biblioth. or.* T. XIX p. 194.

Ibid. ושפטיך *et judices tui* — ושפטך *et judex tuus*, codices mei 248, 262, 476, 665, primo 380, et Syrus. Lxx et Arabs *judicet te*.

XIII 14 אהי *ero*. Iterum hic utrumque אהי legunt ac vertunt ut איה *ubi* Lxx, Aquila, V editio, Syrus, ac Paulus I ad Cor. XV 55. Confer. Kennic. *Diss. I sup. T. H.* p. 504, et II p. 355, et Michaëlis *Bibl. or.* T. XIX p. 195. Sed ex plurimis codicibus in h. l. collatis, qui vel Prophetas continent, vel Aphtaram hujus loci, nullus habet איה. Soli tres Kennicottiani posterius אהי omittunt. Symmachus, Chaldaeus, Vulgatus legerunt אהי, quod Surenhusius in Βίβλος καταλλαγῆς pag. 66 non dubitat ad ea loca referre, in quibus veteres hebraeorum theologi ex litterarum metathesi sensum allegoricum elicere conabantur.

Ibid. דבריך *pestes*, vel *perditiones tuae* — דברך *pestis*, vel *perditio tua*, Kenn. 4, 17, 18, 23, 30, 72, 80, 93, 94, 95, 96, 102, 107, 111, 126, 145, 149, 160, 168, 177, 180, 181, 196, 199, 206, 211, 212, 220, 223, 225, 226, 232, 237, 245, 246, 248, 249, 250, 253, 301, 325, 332, 348, 367, 368, 379, 380, 383, 384, 385, 403, 405, 421, 423, 425, 431, 432, 442, 445, 474, 481, 486, 487, 488, 501, 507, 517, 519, 526, 532, 536, 564, 567, 575, 585, 586, 588, 589, 590, 592, 594, 596, 601, 603, 606, 607, 610, 612, 616, 617, 618, 622, 624, 632, 643, primo 82, mei 2, 16, 20, 30, 210, 211, 226, 240, 248, 266, 345, 380, 419, 443, 476, 509, 554, 579, 592, 596, 656, 663, 665, 824, 893, primo 264, 265, 440, 721, nunc 230, 789, ext. 1, Biblia Soncin., Brixiensia, Prophetae Soncin., Pentat. Prag. 1518. Consentit Paulus I ad Cor. XV 55, et quotquot ex antiquis interpretibus exprimunt, videlicet Lxx, Syrus, Vulgatus, Arabs, quamquam in vertendo dissideant.

XIV 1 עלליהם *parvuli eorum* — ועלליהם *et parvuli eorum*, Kenn. 17, 18, 72, 80, 93, 95, 107, 129, 150, 196, 201, 223, 224, 253, 384, forte 139, mei 3, 24, 174, 226, 230, 248, 341, 380, 419, 440, 443, 476, 512, 554, 562, 592, 665, 715, 893, primo 2, 211, 262, 543, 656, 663, 721, nunc 16, 545, Biblia Soncinensia, Pentateuchus Brixiensis 1492 in Apht., Lxx, Syrus, Chaldaeus, Arabs.

XIV 2 בעונך *in iniquitate tua* — בעוניך *in iniquitatibus tuis*, Kennic. 60, 72, 99, 106, 109, 176, 223, 292, 294, ex mea collatione 243, mei 16, 61, 63, 260, 332, 380, 440, 443, 486, 545, 562, 592, 594, 662, 665, 824, primo 262, 264, 265, 579, nunc 656, ext. 18, Biblia Brixiensia, Veneta 1525-28, Ven. 1533, Veneta 1544, Ven. 1551, Veneta 12. 1552, Ven. 1563, Ven. 1566, Plantiniana 1566, Wittebergensia 1587, Veneta 1595, Raphelengii sine punctis 1610, Veneta 1613, Ven. 1615, Veneta 1627, Veneta 12. 1635, Veneta 1647, Prophetae Soncin., Apht.

Basil. 1619, Lxx, Arabs. Ex meis cod. nonnulli bis in duplici Aphtarà lectionem hanc tuentur, ut 443, et 665.

Ibid. הות *aerumnam* — הוות *aerumnas*, Kenn. 30, 89, 96, primo 113, mei 545, primo 210, 663. Plur. defective הֹוֹת meus 20. In plur. sed in significatione *desiderii* Targum.

Idem הות *aerumnam* — אות *desiderium*, primo meus 211, Lxx, Syrus, Chaldaeus, Vulgatus, et Arabs. הוא deerat in meo 226, deinde ad marg. restitutum היא *ipsa*.

Ib. ויעבתוה *et contorquent eam* — ויבעתוה *et conturbant eam*, Kenn. 1 et Vulgatus. Defective ויעבתה 150. Syrus et Arabs non legunt, Lxx aliter vertunt.

VII 4 מציפך *speculatorum tuorum* — מצפך *speculatoris tui*, Kenn. 116, 224. In sing. subst. Lxx, Chaldaeus, Vulgatus.

VII 5 אל תבטחו *ne confidatis* — ואל *neque confidatis*, Kenn. 1, 72, 89, 96, 115, 130, 150, 201, 224, 225, 251, forte 154, mei 20, 26, 196, 380, 545, 548, 715, primo 2, 24, 211, 440, 579, 663, nunc 554, Soncinensis utraque editio, Brixiensis, ac versiones omnes.

VII 19 חטאתם *peccata eorum* — חטאתינו *peccata nostra*, Kenn. 30, 150, primo mei 2, 440, Lxx, Syrus, Vulgatus, Arabs.

NAHUM

Cap. I 1 חמה *irae*. Cod. meus 715 addit הוא *ipse* vel *est*.

I 6 נתצו *destructae sunt* — נצתו *adustae sunt*, Kenn. 225. Confer. Michaëlis *Biblioth. or.* T. XX p. 185.

I 7 חסי בו *sperantes in eum*. Cod. meus 380 primo חסה *sperantem in eum*.

I 10 וכסבאם *et secundum ingurgitare eorum* — ובסבאם *et in ingurgitando eos*, Kenn. 253, mei 2, 24, 26, 174, 186, 211, primo 579, Biblia Brixiensia a Kenn. omissa. Syrus *et in ebrietate sua*. וכסבאים primo meus 596, וכסאים primo 380. Pro praecedenti סירים defective nonnulli סרים cum Bibliis Brixiensibus.

Ibid. סבואים *potores*, *ebrii*. Codex meus 715 primo סְבָאִים *Sabaei*. Alii defective סבאים cum Prophetis Soncinensibus 1486.

I 12 נגוז. Defectivum נגז quod praefert Michaëlis, multi Kennic. ac mei, inter meos hispani 26, 187, 341, 346, Hillelianus 413. ולא אענך cum ו Kennic. 30, primo 139, mei 174, 196, 226, primo 26, 295, 596.

I 13 מטהו *jugum ejus* — מַטֵּהוּ *baculum ejus*, codices mei 211, 295, 319, 380, 554, primo 2, 226, nunc 20, ex Lilienthalio pag. 361 Kennic. 224, seu Regiomontanus 2, LXX, Vulgatus, Arabs, R. Nathan in *Concord. hebraicis*. Houbigant. מוטך *jugum tuum*, sicque forte Kennic. 139, qui habet הו sup. ras.

II 2 מצורה *munitionem* — נצורה *custodiam*, Kenn. 30, 150, 224 (primo), 245, mei 174, 295, 380, 575, primo 2, 211, 411, 663, forte primo 23, et Syrus. Per *daleth* מצודה Kennic. 176, meus 667, primo 226. LXX defective מצרה *ab angustia*.

II 4 גבוריהו *fortium ejus* — גבורהו vel defective גברהו *fortis ejus*, Kennic. 1, 17, 23, 29, 72, 89, 91, 93, 94, 112, 116, 153, 155, 158, 160, 172, 224, 226, 227, 245, 601, 602, mei 2, 3, 20, 24, 26, 186, 187, 226, 440, 504, 512, 518, 548, 554, 579, 715, 789, primo 211, 575, 596, 782, nunc 305, Biblia Soncinensia, Brixiensia, Antiqua sine anno et loco, Amstelodamensia Menassè ben Israel 1635, Prophetae Soncinenses 1486. Melius ob singulare suffixum, quod cum nomine plur. anomalum est, et ut sunt in productorum codicum numero antiqui, hispanici, optimi et accuratissimi, qui singularem lectionem sequuntur, et primae quatuor editiones, inter quas Antiqua sine anno ex hispanicis ac praestantissimis codicibus deprompta, ea receptae anteponenda. In suffixo ipso nulla varietas. LXX et Arabs *potentiae eorum*.

Ibid. באש *in igne* — כאש *sicut ignis*, Kenn. 1, mei 226, 346, 411, 548, 579, 667, primo 23, Prophetae Soncinenses. Ita Houbigantius, qui male hic Graecos interpretes, Chaldaeum ac Vulg. producit. Defective והברשים multi.

II 5 יתהוללו *insaniunt* — יתהולל *insaniet*, Kenn. 102. Sequitur sing. רכב *currus*. Syrus התהללו *gloriantur*, sicque defective multi Kennicottiani ac mei, etiam hispani, Biblia antiqua sine anno, Complutensia, Veneta 1518, Basileensia 1536, ac Prophetae Soncinenses. Quidam מראיהם cum suffixo masc., ut vult Houbigantius.

II 6 אדיריו *magnificorum suorum* — אביריו *fortium suorum*, forte Kenn. 150, primo meus 211, ac Vulgatus.

Ibid. בהליכותם *in gressibus suis*. Chediv sequuntur Syrus ac Vulgatus. Masorethae בהליכתם sing. *in ambulatione sua*, quod multi codices habent in textu, inter quos meus 782 Toletanus, et Biblia Brixiensia. Alii nullum hic exhibent Keri, sed puncta plur. lectionis. Ex editis sic Biblia Soncinensia.

Ibid. חומתה *murum ejus*. Sine mappik et suffixo, et cum ה locali *ad murum*, codices mei 4, 196, 226, 504, 554, 715, 789, primo 20, apud Lilienthalium p. 361 cod. Daventriensis, Biblia Brixiensia, Antiqua sine anno et loco, Chaldaeus, Syrus, Arabs. Lectio quae ad orationis contextum videtur melior, quamvis communis, quam sequuntur Lxx et Vulgatus, magis genuina videatur Buxtorfio in *Anticrit.* pag. 836.

II 8 לבבהן *corda sua*. Plene לבביהן plures mss. codices. Inter hos hispani, ut mei 23, 187, 346. Sic antiquiores omnes editiones, Biblia Soncinensia, Brixiensia, Antiqua sine anno, Pisaurensia, Veneta utraque 1518, Basileensia 1536, Prophetae posteriores Soncin., ac Pisaurenses utrique 1516, 1520. Puncta sing. lectionis *cor suum* habet codex meus 26 hispanus. Ad הצב quod in hoc versu praecedit, codex meus 24 notat esse לש׳ מלכה *vocabulum reginae*, ut vertit Targum.

II 9 מימי היא *a diebus ipsa*. Lxx, Vulgatus et Arabs legerunt מימיה *aquae ejus*, ac מֵימֵי *aquae* videtur prima manu legisse cod. meus 305. Kenn. 89 מימהא, tres alii ממי. Houbigantius antiquos illos interpretes secutus legit מימיה יהמוה *aquae ejus conturbant eam*. Conf. Michaëlis *Biblioth. or.* T. xx. p. 193. Pro ונינה codex meus 545 primo legebat ונצבת.

II 10 לתכונה *praeparationis* — לתבונה *intelligentiae*, Kennic. 72, 96, 112, 210, 245, primo 158, mei 341, 440, 554, 579, primo 211, 305, 512, 575, Biblia Brixiensia, Biblia antiqua sine anno et loco.

Ibidem מכל כלי *prae omni vase* — מכל כלי *prae omnibus vasis*, codices mei 20, 226, 305, 554, 596, 663, primo 211, 411, Biblia Soncinensia, ac versiones omnes.

II 14 בעשן *in fumo* — כעשן *quasi fumum*, Kennic. 30, 112, 139, 149, 246, primo 72, mei 4, 226, 440, 545, primo 20, 24, 663, Prophetae Soncinenses 1486.

Ibid. רכבה *currum ejus*. Deest mappik et suffixum *ejus* in mss. meis codicibus 4, 20, 23, 174, 341, 380, 463, 579, 663, nunc 226, in quorum numero hispani quatuor optimae

notae, et in Bibliis antiquis sine anno ex hisp. codicibus editis. Conf. Dathe et Michaëlis.

Ibid. מלאככה *nuntiorum tuorum*. Irregulare *tzere* in suffixo, ac melius מלאככה cum *kametz* legunt codices mei 4, 20, 226, primo 186, 196, 341, videtur primo 579. Alii plures מלאככה per *segol*. Sic ex meis 1, 3, 24, 26, 211, 304, 305, 319, 346, 380, 440, 518, 554, 560, 576, 663, 667, 715, 789, nunc 196, 341, 579, Biblia Soncinensia, Brixiensia et Antiqua sine anno. Pro praecedenti etiam *tzere* multi legunt *segol*.

III 3 יכשלו *impingent*. Marg. lectio וכשלו in textu extat plurium cod., et in Bibliis Sonc., Brixiensibus, ac Complut.

III 6 כראי *ut exemplum* — בראי *in exemplum*, Kenn. 112, primo 245, mei 211, 789, primo 305, Biblia antiqua sine anno et loco, Lxx, Syrus, Vulgatus, Arabs. Per ב videntur etiam legere Biblia Brixiensia, sicque visa sunt antiquo possessori unius ex meis exemplaribus eorumdem Bibliorum, in quo calamo superducto factum est כ.

III 7 ינוד לה *condolebit ei* — ינוד לך *condolebit tibi*, Kenn. 1, 23, 30, 72, 93, 96, 102, 139, 144, 150, 154, 155, 158, 161, 182, 224, 225, 226, 249, 601, 602, primo 2, 91, forte 94, 126, 245, ex mea collatione 475, nunc 243, mei 2, 3, 4, 20, 26, 174, 186, 210, 319, 346, 380, 512, 518, 545, 663, 667, 715, primo 187, 211, 554, 579, 596, nunc 305, ext. 1, 2, Bibl. antiqua in fol. sine anno, Prophetae Soncinenses, Chaldaeus, Syrus, Vulgatus, Arabs.

III 8 מים *a mari* — מַיִם *aquae*, primo mei 211, 226, Lxx, Syrus, Vulgatus, Arabs. Melius.

III 9 ולובים *et Lubii* — ולודים *et Ludii*, primo meus 211.

III 15 התכבד *aggravare* — התכבדי foem. rectius Kennic. 30, 145, 150, 178, 182, primo 2, mei 715, primo 226, 440, 545, nunc 20. V. 16 הרבית *multiplicasti*. Male Biblia Soncinensia cum aliquot mss. הרביתי.

III 17 מנזריך *Coronati tui*. Daghesc in *nun*, cujus rationem ignorare se fatetur Aben Esra, abest a mss. meis 4, 319, 440, 545, 554, 596, et a tribus antiquioribus editionibus, Soncinensi, Brixiensi, et Antiqua in fol. sine anno.



HABAKUK

Cap. I 3 ישא *aufert* — אשא *auferam*, cod. Kennic. 150. Codex meus 319 ad marg. ס״א seu *alii libri* אשא, ac margo Kenn. 560 בכמה ספרי׳ כתוב אשא והמפ׳ כולם קורין ישא *In nonnullis libris scriptum est* אשא, *sed commentatores omnes legunt* ישא. בכמה verto *in nonnullis*, non *in multis*, ut Brunsius *De var. lect. Kenn.* p. 88, nec multi, sed paucissimi ita legunt, nullusque veterum interpretum.

I 5 ראו בגוים *Aspicite in gentibus* — ראו גוים *Aspicite gentes*, Kennic. 93, 150, 227, 309, nunc 206, R. Nathan in Concordantiis hebraicis. Male *intuemini gentes* latinus Chaldaei interpres, nam textus habet בעממיא *in populis*. LXX quos sequitur Apostolus Act. XIII 41, videntur legisse בזים *contemptores*, Syrus עזים, juxta alios בגדים. Conf. Grotius, Capellus, Surenhusius, Houbigantius, Dathius, et quae pro defendenda conciliandaque hodierna lectione בגוים etiam in illorum interpretum sensu *contemptorum* et *arrogantium*, protulit Pocockius in *Not. miscell.* p. 30. Codex meus 545 primo בנים. Pauci codices ולא תאמינו *et non credetis*, ut Syrus.

I 8 ופרשיו *et equites ejus*. Abest a Kennic. 93, 494, a LXX, Syro, et Arabe. In meo 380 deerat praecedens פרשיו. Ibid. מנמרים *prae pardis*. Kenn. 4 primo et Syrus מנשרים *prae aquilis*.

I 9 פניהם *faciei eorum*. Ken. 180 פניו *faciei ejus*, vel *suae*. Praecedunt ac sequuntur singularia.

I 11 לאלהו *Dei ejus*. Kennic. 72, 91 primo לאלהיו forma plurali. V. 12 quidam ולא נמות, nullus תמות, ut fert Tikon sopherim, seu *correctio scribarum*.

I 17 העל כן *Numquid propterea*. Cod. meus 226 primo על כן, omisso ה interrogativo, ut veteres omnes praeter Targum.

II 3 לא יאחר *non tardabit* — ולא יאחר *nec tardabit*, Kennic. 1, 4, 17, 30, 72, 89, 126, 139, 145, 150, 155, 160, 178, 180, 182, 224, 246, 249, 250, 601, primo 128, 130, forte 154, nunc 2, mei 4, 24, 26, 196, 226, 305, 341, 346, 380, 440, 545, 560, 663, 715, 789, primo 2, 187, 579, nunc 20, 554, Biblia Soncinensia, Brixiensia, Antiqua sine anno, Veneta 1518 ad marg., Prophetae Soncinenses, LXX, Aquila, Chaldaeus, Syrus, Vulgatus, Arabs, et Paullus Ep. ad heb. X.

II 4 עפלה *elata est* — עולפה *tecta est* vel *animo deficit*, Kenn. 461, et defective עלפה primo 531. Ita juxta Grotium legerunt LXX, quos sequitur Apostolus *Ep. ad heb.* X 38, sicque videtur legisse Arabs, qui vertit ضجر *angore animi premitur*. Confer. Kennicottus, qui lectionem hanc anteponit *Diss. gen.* §. 72 p. 32, et Po-

cock *Not. miscell.* pag. 42. והנה cum nexu, ut Apost., Kenn. 474 et 494. Kenn. 327 עפלו, et עפל'ה cum suffixo legit Michaëlis *Biblioth. or.* T. XXIII pag. 170.

Ibid. נפשו *anima ejus* — נפשי *anima mea*, primo Kenn. 17, LXX, Aquila, Arabs, Apostolus, eosque secutus Michaëlis cit. loco.

Ibid. באמונתו *in fide sua* — באמונתי *in fide mea*, videtur Kennic. 320, ut LXX. Symmachus, Theodotio, V, VI, VII editio *fide sua*. Kenn. 475 באמונת, omisso suffixo, quod Paullus non exprimit. V. 6 עב טיט binis verbis multi.

II 14 על הים. Codex meus 545 primo את הים *operient mare*. Vers. 15 plures אל מעוריהם *ad nuditates eorum*. V. 17 defect. יחת Kenn. 115, 180.

III 2 חייהו *vivifica illud* — חיינו *vivifica nos*, Kenn. 432. Ita legebant codices Hieronymiani. V. T. III oper. p. 1619, et Kennic. *Diss. gen.* num. 84 p. 42.

Idem חייהו *vivifica illud* — חוידו *indica illud*, forte Kennic. 184, חוהו nunc 95. Ita Vulgatus, Capellus, et Houbigantius, nec aliter legisse videntur LXX, Syrus, Arabs, in Hexaplis Graecus anonymus, qui vertunt *cognosceris*. Aquila, Symmach., Theodotio hodiernam lectionem tuentur. ויראתי *et timui* cum ו praefixo primo ext. 123, ac versiones omnes praeter chaldaicam.

III 4 קרנים *cornua* — וקרנים *et cornua*, Kenn. 17, 18, 30, 60, 93, 95, 96, 110, 111, 116, 136, 148, 196, 198, 201, 224, 226, 227, 249, 294, primo 1, 130, 177, forte 89, 154, 384, mei 1 in Apht., 61, 63, 197, 230, 332, 341, 476, 502, 507, 554, 562, 594, 665, 688, 814, primo 2, 20, 262, 291, 380, 405, 419, 440, 463, 543, 548, 555, 596, 700, 722, 883, nunc 174, 226, 486, ext. 123, Biblia Pisaurensia 1517, Prophetae Pisaurenses utrique 1516, 1520, clare, non forte, ut notant Biblia Kennicottiana, Machazor Soncin. anni 1486, Machazor aliud sec. XV sine anno et loco. Multi עז per ו.

III 5 דבר *pestis* — דָּבָר *verbum*, Machazor Soncinense sec. XV, LXX, Arabs. In alia editione Soncinensi Machazor 1486 restitutum *segol*.

III 8 מרכבתך *quadrigas tuas*. Conjunctionem praeponunt multi codices, tres editiones Pisaurenses, et versiones omnes, excepto Targum.

III 10 ידיהו *manus suas* — ידהו *manum suam*, Kenn. 1, 2, 17, 60, 80, 95, 116, 125, 160, 245, 252, 253, 601, primo 178, mei 11, 26, 61, 63, 197, 260, 305, 346, 420, 463, 502, 562, 814, 883, 893, primo 518, 579, 789, nunc 440, 721, Biblia Brixiensia, Pisaur. 1517, utraque editio Pisaurensium Prophetarum 1516, 1520, Machazor Bononiense 1541.

III 11 זבלה *in habitaculo*. Machazor Soncinense sec. XV sine anno habet ה cum mappik, sive suffixo, quod exprimunt omnes veteres, sed ut praecedunt nomina masculina, vel legendum est זבול'ה, vel ה cum Rascio habendum pro ל. Multi וירח *et luna*.

III 12 תצעד *incedes* — תצער *imminues*, Kenn. 30, meus 305, forte 27, Biblia Pisaurensia, Prophetae Pisaurenses 1516, Pisaurenses alii cum Comm. Abarbanelis 1520, Machazor Soncin. sec. XV, LXX et Arabs.

III 13 משיחך *uncto tuo* — משיחך *unctis tuis*, Kennic. 206, 611, forte 91, 332, meus 380, cod. Alex. Lxx, Graecus anonymus in Hexaplis, et Houbigantius. Confer. apud Montfauconium testimonium Hieronymi. Mei 226, primo 543, 663 לישע משיחך, omisso את, *ad salutem uncti tui*. Ibid. על צואר nonnulli, in quorum numero meus 295 hisp., sed veteres omnes עד *usque ad collum*.

Ibid. ראש מבית רשע *caput de domo impii* — ראש רשע *caput impii*, primo cod. meus 262, ext. 124, Lxx et Arabs.

III 14 עליצתם *exultatio eorum* — עליצותם *exultationes eorum*, Machazor Soncinense sec. xv sine anno. עליצתם per *cholem* in plur. meus 295 hispanicus, alii plures utriusque collationis plene עליצותם per *surek*, inter quos hispanici mei 23, 26, 196. פרזו in textu multi cum Bibliis Soncinensibus, Brixiensibus, Prophetis Soncin. 1486, Pent. Pragensi 1518, et utroque Machazor Soncinensi sec. xv. Pro במטיו Kennic. 223, 489, meus 715 במטו, ac י sup. ras. Kennic. 111. Quidam ישערו, ex Kenn. 112, 225.

III 15 סוסיך *equos tuos*. Pauci codices cum utroque Machazor Soncinensi סוסך *equum tuum*.

III 16 רקב *putredo* — רגז *tremor*, Kenn. 224 nunc, seu ad marg., teste Lilienthalio p. 363, Lxx, Chaldaeus, Syrus, Arabs, et alius, seu Graecus anonymus in Origenis Hexaplis. Ibid. ליום *ad diem*. Pauci ביום *in die*, ut Kenn. 225, 228, primo meus 596, primo ext. 123. יגודנו Kenn. 89, 107.

III 19 ידרכני *deducet me* — יעמידני *constituet me*. Ita octo Kennicottiani, et nonnulli ex meis, ut 407, 614, in Aphtaroth. Favet Chald. et Syrus.



SOPHONIAS

Cap. I 1 בן חזקיה *filii Ezechiae* — בן חלקיה *filii Helciae*, Kennic. 178, 224, 225, primo 155, 201, mei 341, 346 hispani, et Syrus.

Ibid. בן אמון *filii Amon* — בן אמוץ *filii Amos*, Prophetae Soncin. 1486, cod. Alex. Lxx et Arabs.

I 4 שאר *reliquias Baal* — שם *nomen Baal*, Kennic. 96, 150, 224 marg., Lxx et Arabs, sed hi in plur. *nomina*. Nonnulli codices pro הזה *hoc* legunt ההוא *illo*, sed contra fidem veterum interpretum.

Ibid. את שם *nomen* — ואת שם *et nomen*, Kennic. 17, 30, 72, 89, 150, 160, 172, 180, 228, 601, nunc 201, mei 20, 26, 211, 380, 440, 548, 554, 596, primo 23, 187, 663, nunc 226, 319, 545, Biblia Pisaurensia 1517, Prophetae posteriores Soncinenses, et utrique Pisaurenses an. 1516, 1520. Copulam exhibent omnes versiones.

I 5 על הגגות *super tectis* — על הגנות *super hortis*, Kennic. 72, 93, 139, 149, 180, 198, 245, primo 155, mei 24, 196, 341, 554, 560, primo 211, 545. Aliqui ביהוה *in Dominum*.

I 8 השרים *principes* — כל השרים *omnes principes*. Ita primo cod. Erfurtensis 5 ex Bibliis Halensibus, primo meus 20, Biblia Pisaurensia 1517, Prophetae Pisaurenses utriusque editionis 1516, 1520, ad margin. Biblia Veneta 1518. Ex masora rejicit Norzius, nos ex optimorum codicum ac veterum interpretum silentio.

I 12 בעת *in tempore illo* — ביום *in die illa*, Kennic. 30, 139, 150, 158, primo meus 20, Lxx, Arabs. Meus 319 ad marg. ס"א *alii libri* ביום ההוא. Ita ההוא masc. nonnulli.

I 16 הערים *urbes* — ההרים *montes*, Kenn. 161, primo 96, mei 560, primo 211, 226, 545, 715, nunc 187, Biblia Amstelodamensia 1639. הע sup. ras. Kenn. 91.

II 2 בטרם לא יבוא עליכם חרון אף יהוה *antequam veniat super vos ira furoris Domini*. Desunt in Kennic. 30, 93, 154, 178, 195, 252, primo in meis 3, 20, 186, 305, 440, 512, 596, 782, et in Arabe. Huc etiam videntur trahendi Kenn. 1, 126, in Kenn. Bibliis infra relati.

II 9 גוי *gentis meae* — גוים *gentium*, Kennic. 145, mei 411, 554, primo 440, 545, 579, 715, Biblia Soncinensia, et Brixiensia. Qui codicem meum 579 emendavit, apposuit ad margin. Kerì גוים. Multi גוי, ex Kennicottianis 17, 23, 30, 96, 116, 141, 154, 176, 201, 224, 225, 226 marg., 249, 601, 602, mei 2, 26, 341, 667, 689, primo 187, 518, nunc 440, 715, Biblia antiqua sine anno. In meo 295 hisp. ad marg.

נוי ק׳. Tandem cod. nonnulli legunt גוי sine *chirech* et affixo *gentis*. Ex editis sic tres editiones Pisaurenses, 1516, 1517, 1520.

II 12 חרבי *gladio meo* — חרב *gladio*, Kenn. 1, 93, 150, nunc 201, mei 715, primo 20, et Syrus. Kennicottianis ex ms. collatione codicum Argentoratensium Oberlini addatur 145.

III 2 לא לקחה *non suscepit* — ולא לקחה *nec suscepit*, Kenn. 30, 93, 150, 178, 253, forte 89, 130, nunc 201, mei 20, 226, 380, 548, 715, primo 2, 211, 545, Biblia Soncinensia, Prophetae Soncin., Syrus, Chaldaeus, Vulgatus, Arabs.

Ibid. אל אלהיה *ad Deum suum* — ואל *et ad Deum suum*, Kenn. 17, 96, 116, 144, 150, 178, 201, 224, 228, 602, forte 128, mei 346, 380, 715, primo 23, 27, 187, 211, 663, nunc 20, 413, 545, 575, Biblia Complut., Lxx, Syrus, Chaldaeus, Arabs. Vers. 6 pro החרבתי *destruxi* codex meus 545 primo החרבות *desolatae*, et v. 7 pro השכימו primo השכיבו.

III 9 לעבדיו *ad serviendum ei*. *Vav* copulativum praefigunt Kennic. 150, 155, 173, 175, 224, mei 26, 411, 545, 715, primo 187, 295, Prophetae Soncinenses, Syrus, Vulgatus, quibus male Arabem addit Lilienthalius p. 364. Versu praecedenti pro קנאתי cod. meus 715 corrigit עברתי, producta auctoritate ס״כ.

III 15 איבך *inimicum tuum* — איבך *inimicos tuos*, Kenn. 1, 3, 17, 23, 30, 89, 93, 94, 96, 112, 126, 128, 150, 154, 168, 176, 178, 182, primo 139, 172, mei 26, 174, 186, 211, 226, 305, 440, 504, 509, 545, 596, 715, 789, 824, primo 2, 24, 295, 518, nunc 548, 689, Biblia Pisaurensia 1517, Prophetae Pisaurenses 1520, Talmud Babylonicum, Concordantiae hebraicae, ac versiones omnes.

Ibid. לא תראי *non videbis* — לא תיראי *non timebis*, Kenn. 24, 67, 89, 91, 93, 94, 96, 99, 100, 101, 112, 113, 116, 128, 130, 139, 141, 149, 154, 155, 172, 175, 176, 178, 180, 182, 195, 210, 226, 243, 246, 249, 250, 254, 290, mei 1, 3, 4, 20, 24, 27, 174, 186, 196, 226, 295, 304, 319, 341, 411, 413, 463, 504, 509, 512, 548, 554, 560, 575, 576, 667, 689, 715, 782, 789, 824, nunc 23, 211, 440, Biblia antiqua sine anno et loco, Complutensia, Munst. bina 1534, 1546, Mantuana 1742, ad marg. Veneta 1518, Chaldaeus, Vulgatus. In meorum numero hispanici multi et accuratissimi, et Hillelianus 413. Conf. Norzius qui hanc lectionem praetulit. Alii in eadem significatione accentum habent in *chirech* תראי. Sic Biblia Brixiensia, Wittebergensia Cratonis 1587, et Nisseliana.

III 18 עליה *super eam* — עלך *super te*, Kenn. 30, 101, 150, 153, 155, 172, 198 marg., 224, primo 1, 3, mei 174, 226, 380, 545, 554, primo 2, 346, 518, 663, ad marg. Biblia utraque Bomberg. 1518, Chaldaeus et Syrus.

III 20 ובעת קבצי אתכם *et in tempore congregandi me vos*. Desunt in Kenn. 126, et primo in meo 380.

Ibid. לעיניכם *in oculis vestris* — לעיניהם *in oculis eorum*, forte Kennic. 560, Syrus et Houbigantius.

AGGAEUS

Cap. I 2 בא *veniendi* — בָּא *venit*, melius cod. meus 715, Lxx, Chald., Syrus, Vulgatus et Arabs. Melius etiam idem cod. legit praecedens עת cum *tzere*, עֵת. בא עת omittit Kenn. 89. Secundum עת *tempus* aberat a meo 20, et una tantum vice legunt omnes veteres, Chaldaeo ipso non excepto.

I 11 ועל אשר *et super id quod producit* — ועל כל אשר *et super omne quod producit*, Kenn. 1, 23, 89, 94, 150, 158, 161, 173, 182, 201, 224, 225, 226, 251, nunc 180, a me collati 243, 421, mei 174, 186, 380, 504, 518, 715, 789, primo 20, 187, 211, 440, 596, nunc 1, 305, 319, primo ext. 1, ac versiones omnes. Meus 1 primo אשר.

I 12 כאשר שלחו *quemadmodum misit eum* — אשר שלחו *quem misit*, Kenn. 17, 96, 141, 158, 226, 246, mei 663, primo 2, 596, nunc 545, Biblia Soncin., et Syrus. Sed in Bibliis Sonc. custos lineae et verbi est כא.

Ib. שלחו יהוה אלהיהם *misit eum Dominus Deus eorum*. Addunt אליהם *ad eos*, Ken. 150, 154, 158, 159, 201, mei 174, nunc 1, 319, Lxx, Syr., Vulg., Arabs.

II 1 לחדש בששי *mensis in sexto* — לחדש הששי *mensis sexti*, primo meus 596, Lxx et Arabs. V. 5 מארץ מצרים *de terra Aegypti*, ut Vulg., primo meus 226.

II 6 ואני *et ego*. Kenn. 153 והנני *et ecce ego*. את הים *mare* sine nexu, Kenn. 154, 224, 225, mei 174, 545, primo 24.

II 7 חמדת *desiderium*. Nullus חמֻדֹת *desideria*, ut Lxx et Arabs, nec in praecedenti ובאו *et venient* ulla num. varietas.

II 10 ביד *in manu Aggaei* — אל חגי *ad Aggaeum*, Kenn. 1, 2, 4, 17, 23, 72, 82, 89 marg., 100, 102, 113, 126, 130, 139, 145 marg., 149, 150, 154, 158, 160, 161, 168, 172, 175, 176, 178, 180, 182, 201, 210, 224, 225, 226, 227, 228, 245, 246, 250, 252, 253, 601, 602, primo 91, 94, ex Bibliis Hal. 375, ex mea collat. 421, mei 1, 2, 3, 4, 20, 24, 27, 186, 196, 210, 211, 226, 295, 304, 305, 341, 380, 413, 440, 463, 504, 512, 518, 548, 554, 560, 575, 579, 663, 667, 689, 715, 782, 789, primo 187, 596, ext. 1, Biblia Sonc., Brixiensia, Antiqua sine anno et loco, Pisaurensia 1517, Ven. utraque 1518, Veneta 1521, Basileensia Munsteri omnia, Prophetae Soncin. 1486, Pisaurenses 1516, et 1520, Lxx, Vulgatus et Arabs. Margo cod. mei 575 בהללי ביד ובספרים ישנים אל *In Hilleliano* ביד, *sed in antiquis libris* אל.

II 16 מהיותם *ex quo erant ii* — מהיותכם *ex quo eratis vos*, Kenn. 23, primo mei 20, 545. Nullus באיכם.

II 17 מעשה *opus* — מעשי *opera*, videtur primo Kenn. 112, Lxx, Chaldaeus, Vulgatus et Arabs. Expungendus hic Kenn. 224, quem in sing. legere testatur Lilienthalius p. 364.

ZACHARIAS

Cap. I 4 ומעליליכם *et operibus vestris* — וממעלליכם *et ab operibus vestris*, Kenn. 2, 23, 180, 227, 246, 249, 602, mei 2, 3, 174, 186, 196, 226, 380, 440, 504, 548, 554, 579, 663, 715, primo 211, 782, nunc 4, 20, 305, 512, 545, Prophetae Soncinenses, ad marg. Biblia Veneta 1518, in Appendice Basileensia 1536. Margo codicis mei 319 ס״א וממעלליכם.

I 16 יהוה *Dominus*. Kenn. 195 ac Syrus יהוה צבאות *Dominus exercituum*.

II 4 ויאמר *et dixit*. Addunt אלי *ad me*, Kenn. 23, 126, 178, nunc meus 545, cod. Alex. Lxx, Syrus et Arabs. Alii omittunt sequens לאמר *dicendo*. Ita Kenn. 112, 178, primo meus 226, Lxx, Syrus, Arabs.

II 10 כארבע *juxta quatuor* — בארבע *in quatuor*, Kennic. 72, 112, 150, 198, 245, primo 201, ex Bibliis Halensibus primo 375, seu Erfurtensis 5, mei 2, 20, 26, 226, 295, 341, 554, 560, 579, 689, primo 211, 305, 596, 667, 782, videtur primo 27, Biblia antiqua sine anno et loco, Veneta utraque an. 1518, Veneta 1521, Munsteri omnia, 1534, 1536, 1546, Roberti Stephani utraque in 4., et 16., Sanctandreana 1586, Wittebergensia 1587, Prophetae Soncinenses, Sulsbacenses 1769, Syrus, Vulgatus. Praefert cl. Dathe in *Prophetis min.* p. 221. Nota versum hunc in Polyglottis Antwerpiensibus, Parisiensibus, Anglicanis, Sanctandreanis esse v. 6, quum in iis c. 11 incipiat a v. 5.

II 12 נגע *tangit* — כנגע *sicut qui tangit*, Kenn. 126, 145, 168, 253, forte 154, nunc 201, mei 2, 20, 440, primo 226, ext. 1, Rabboth, Lxx, Arabs, et Targum ext. 1. Ibid. אל הגוים *ad gentes*. Codex meus 715, abraso א, notat ad marg. ס״נ seu librum R. Nathan, ut ego conjicio, legere על *adversus gentes*, ut Lxx, Syrus, Chaldaeus et Arabs. Alii sive Kennicottiani, sive mei pro בבבת *pupillam oculi ejus* legunt בבת *filiam oculi ejus*.

II 13 לעבדיהם *servientibus eos* — לעֲבדיהם per *patach*, *servis suis*. Sic ex meis codicibus 1, 2, 3, 4, 20, 23, 26, 186, 187, 196, 210, 226, 295, 304, 305, 319, 341, 346, 380, 411, 413, 440, 463, 504, 512, 518, 554, 560, 575, 579, 596, 663, 667, 689, 715, 782, 789, 824, in Bibliis Halensibus quatuor Erfurtenses, Biblia Soncin., Brixiensia, Antiqua sine anno et loco, Pisaurensia, Veneta utraque anni 1518, Veneta 1521, Ven. Rabbinica 1525, Veneta 1525–28, Veneta 1533, Munsteri omnia, 1534, 1536, 1546, Roberti Stephani in 16., Veneta 1544, Veneta 1551, Veneta 1552, Veneta

1563, Plantiniana 1566, Ven. ejusdem anni, Polyglotta Antwerpiensia, Biblia Veneta 1582, Sanctand. 1586, Hamburgensia 1587, Witteberg. ejusd. anni, Veneta 1595, Raphelengii hebraeo-latina 1610, Veneta 1613, Veneta 1615, Genevensia 12. 1618, Veneta 1627, Veneta 1635, Ven. 1639, Veneta 1647, Lipsiensia 1657, Nisseliana 1662, Veneta 1678, Veneta 1690, Ven. 1730, Mantuana 1742, Veneta 1766, Pisana 1781, Prophetae Pisaurenses 1516, Pisaur. 1520, Sulsbacenses 1769. » In nonnullis Bibliis novis ac recenter impressis, scribit Norzius, extat לְעֹבדיהם cum *ain* puncto *cholem* instructo, et error irrepsit in has editiones, quas propterea manu, vel calamo oportet corrigere, restituto *patach*, ut exponunt omnes commentatores ». Extant tamen codices qui legunt per *cholem*, inter quos bini ex meis hispani 548, 576, et bini germanici, 211, 545, unde non est haec lectio error editionum, ut putat Norzius. Ex editionibus, quas prae manibus habeo, antiquiores quae per *cholem* legant, sunt Venetae 1568, et 1570. Quamquam autem mss. codicum et antiquiorum omnium editionum consensus stet pro varia lectione per *patach*, antiquae omnes versiones favent communi per *cholem*, non excepto Chaldaeo ipso. Conferantur ipsae in Polyglottis cap. II 9.

III 4 עונך *iniquitatem tuam* — עוניך *iniquitates tuas*, Kennic. 106, 151, meus 262, primo 211, 440, Biblia Amstelodam. 1639, Lxx, Arabs.

III 5 ואמר *et dixi* — ויאמר *et dixit*, primo Kennic. 232, nunc 170, Chaldaeus, Syrus, Vulgatus. Sed mutatis punctis legi potest וְאָמַר, sicque forte legerunt interpretes, quamquam ex plerisque et antiquioribus codicibus hic etiam quoad puncta collatis nullus habeat *kametz*.

III 10 אל רעהו *ad socium suum* — לרעהו *socio suo*. Ita plurimi codices utriusque collationis tum in integro Zachariae libro, tum in sectione prophetica hujus loci ex eo deprompta. Ex meis hispanicis sic legunt 4, 23, 26, 187, 295, 341, 346, 411, 463, 548, 560, 575, 576, 782, Hillelianus 413, Biblia Soncinensia, Brixiensia, Antiqua sine anno, Pisaurensia, Complutensia, Munsteri omnia, Mantuana 1742, Prophetae Soncinenses, Pisaurenses 1516 et 1520, Pentateuchus Pragensis 1518, et Venetus 1527. Norzius ad h. l. » In recentioribus editionibus impressum est אל רעהו, sed in antiquis, et in codicibus hispanicis ac reliquarum provinciarum scriptum est לרעהו, nec est cur penitius rem hanc investigemus. Invenimus namque codices descriptos ab annis quadringentis, in quibus ita legitur sine ulla discrepantia, et vidimus etiam scriptum in exemplari R. Menachem בכל ספרי ספרד לרעהו *In cunctis libris hispanicis* לרעהו ». Cod. meus 715 רעהו, ad marg. ס"נ לרעהו.

IV 2 ויאמר ראיתי. Apertum mendum ויאמר, quod Keri emendat, in textu etiam corrigunt codices innumeri, Biblia Brixiensia, Antiqua in folio sine anno, ac Soncinenses Prophetae 1486. Perperam Chediv a mendo excusat Gussetius *Comm. ling. heb.* p. 132.

IV 7 מי אתה *quis tu*? Quam Houbigantius proponit ac sequitur lectionem כי אתה *quia tu*, servat Kenn. 536.

IV 10 המרה *ipsi*. Abest a Kenn. 93, 126, 224, primo a meis 211, 440. A meo 226 primo aberat אלה.

IV 11 על ימין *super dexteram*. Kenn. 224 a Kennicotto omissus, sed a Lilienthalio allatus in *Comm. crit.* p. 365, supplet ante אשר *quae sunt super dexteram*, ut Lxx, Syrus, Arabs.

IV 13 מה אלה *quid haec?* — מה המה אלה *quid sunt haec*, Kenn. 30, 93, 126, 155, 180, 253, primo 141, primo mei 2, 187, 226, Biblia Brixiensia, ac Prophetae Soncinenses 1486.

IV 14 ויאמר *Et dixit*. Addunt אלי *ad me*, Kenn. 30, primo mei 2, 187, et Syrus.

V 4 ולנה *et commorabitur*. Melius ולָנָה cum *kametz* cod. meus 305. » *He* habetur pro paragogico. Sed rectius fortasse per *kametz* scribendum לָנָה, ut sit tertia persona foem. generis. Praecedit enim באה, et utrumque ad אלה referendum ». Dathe *Proph. min.* p. 223.

V 6 עינם *oculus eorum* — עונם *iniquitas eorum*, Kenn. 530, Lxx, Syrus, Arabs. Ex versione graeca ita olim in hebraicis codicibus scriptum conjiciebat Hieronymus, qui quidem error, subdit is, frequenter inolevit, ut, quia ו et י litterae eadem forma, sed mensura diversae sunt, altera legatur pro altera. V. Kennic. *Diss. gen.* p. 42 et Houbigantium.

V. 9 ותשנה. Multi ותשאנה melius expresso א. Inter hos mei hispanici 4, 23, 346, primo 187, 782, Biblia Soncinensia, Brixiensia, Antiqua sine anno, Prophetae Soncinenses 1486.

V 10 המה *ipsi*. Melius הנה foem. *ipsae*, Kenn. 250, meus 545, et ex secunda manu 20.

VI 5 מהתיצב *a stando* — להתיצב *ad standum*, primo meus 211, 545, Lxx, Vulgatus, Arabs. Syrus *quae stabant*.

VI 10 מאת טוביה *a Tobia* — ומאת *et a Tobia*, Kenn. 1, 23, 29, 30, 72, 82, 91, 93, 94, 96, 99, 102, 126, 128, 139, 145, 154, 158, 160, 172, 176, 182, 195, 198, 201, 210, 225, 226, 227, 249, 250, 253, 601, 602, primo 290, mei 4, 20, 24, 26, 27, 186, 196, 210, 226, 295, 305, 341, 346, 413, 463, 518, 545, 554, 560, 576, 596, 667, 715, 782, 789, 824, primo 187, 440, 579, nunc 411, 512, Biblia Soncin., Brixiensia, Antiqua sine anno, Basileensia Munsteri omnia, Wittebergensia 1587, Hutteriana ejusdem anni, Amstelodamensia 1630, Veneta Lombrosi 1639, Mantuana 1742, Lxx, Aquila, Syrus, Chaldaeus, Arabs. Plurimi codices et editiones legunt etiam טביה sine ו. Ex antiquioribus Soncinensis utraque, Brixiensis, Antiqua sine anno, Pisaurenses, et Munsterianae omnes. Inter mss. codices hispanici multi et Hillel. 413.

Ibid. אשר באו *qui venerunt* — אשר בא *qui venit*, Kenn. 225, 474, Lxx, Chaldaeus, Syrus. Addo Kenn. 474, seu codicem collegii Urbani propag. fidei ex collat. cl. Hwiidii et *Bibliotheca orient.* Michaëlis T. XVIII p. 80. In meo 2 *vav* sine punctis relictum est, reliqui omnes communem lectionem confirmant.

VI 11 עטרות *coronas* — עטרת *coronam*. Ita Syrus, Chaldaeus, Houbigantius, sicque defective legunt Kenn. 24, 94, mei 26, 319, 440, 575, nunc 596, et Biblia Complutensia.

VI 12 ואמרת אליו לאמר *Et dices ad eum dicens*. Abest לאמר *dicens* a Kenn. 30, 96, 150, 155, primo a meo 545, a Lxx, Syro, et Arabe.

VI 14 תהיה *erit* — תהינה *erunt*, Kenn. 30, et ad calc. *Diss. gen.* 153. Favet analogia, quia praecedit plur. והעטרת *Et coronae*. Nullus ועטרת cum punctis sing. lectionis *Et corona*, ut legerunt Lxx, Syrus, Chaldaeus et Arabs, et ut postulat singulare תהיה. Pro תהיה cod. meus 20 primo תתן *dabit*, et in 715 incertus scriba ה omiserat, quod posterior manus supplevit.

VII 3 אשר לבית *qui domus* — אשר בבית *qui in domo*, Kenn. 150, 155, Lxx, Chaldaeus, Syrus, Arabs.

Ibid. כמה שנים *aliquot abhinc annis*. Cod. meus 715 relictis his verbis sine punctis, notat ad margin. ס״א שבעים שׁנה alios libros legere *septuaginta abhinc annis*, ut v. 5. Alius ex meis codicibus, 545 primo זה שנים, omisso כמה.

VII 4 צבאות *exercituum*. Deest in Kenn. 89, 182, primo in meo 211, in Syro, et Targum.

VII 10 גר *peregrinum* — וגר *et peregrinum*, Kenn. 1, 23, 29, 89, 93, 102, 126, 150, 178, 253, primo 82, 128, nunc 154, mei 20, 26, 186, 210, 440, 545, 548, 579, 715, primo 211, nunc 2, 554, Biblia Soncinensia, Brixiensia, Antiqua sine anno, Prophetae Soncin. 1486, et versiones omnes.

VIII 1 ויהי דבר יהוה צבאות *Et fuit verbum Domini exercituum*. Addunt אלי *ad me*, Kennic. codices 17, 23, 30, 72, 89, 96, 113, 149, 150, 155, 168, 178, 180, 198, 201, 210, 224, 249, 250, 253, 601, primo 128, 141, 154, forte 82, nunc 173, 182, ex Bibliis Halensibus primo 375, seu Erfurtensis 5, ex mea collatione 421, primo 404, mei 186, 187, 226, 295, 346, 440, 463, 504, 545, 548, 579, primo 2, 20, 210, 596, nunc 411, primo ext. 1, Biblia Soncinensia, Brixiensia a Kenn. omissa, Complutensia, Chaldaeus, et Syrus. Sed codex meus 575 notat ad marg. *Sic legitur* (sine אלי) *in codice Hilleliano, et in libris correctis*. 782 probat et ipse omissionem אלי, monetque a correcto ms. abesse.

VIII 2 לציון *Sion*. Kenn. 30 לירושלם *Jerusalem*. Utrumque Lxx et Arabs. V. 3 nonnulli post יהוה addunt צבאות cum Vulgato.

VIII 16 את רעהו *cum proximo suo* — אל רעהו *ad proximum suum*, Kenn. 155, 160, 201 marg., 601, primo 93, 250, mei 226, primo 211, Lxx. Scriba cod. mei 715 iterum incertus quam nam litteram poneret, solum א scripsit.

VIII 17 אשר *quae*. Abest a Kenn. 128, 149, 168, nunc 201, primo a meis 211, 663, a Lxx, Syro, Arabe. Recte *quia omnia haec odi*, extruso relativo quod orationis seriem turbat. Vulgatus qui illud retinet, supplet *sunt*, quod praecedens את non patitur.

VIII 23 אלהים *Deus vobiscum* — כי אלהים *quod Deus sit vobiscum*, Kenn. 30, primo meus 715, ac versiones omnes. Kenn. 96 כי יהוה. Nullus omittit אשר, ut Syrus.

IX 4 אדני. Inter multos codices, qui legunt יהוה, sunt hispani praestantissimae notae, ut meus 782.

IX 8 מצבה *ab exercitu*. Aliqui codices Kennicottiani ac mei rectius מצבא cum א.

IX 15 המו *tumultuabuntur* — והמו *et tumultuabuntur*, Kenn. 1, 17, 23, 30, 89, 96, 102, 144, 145, 149, 158, 178, 180, 182, 224, 225, 226, 228, 246, 601, nunc 168, 201, mei 4, 174, 186, 210, 211, 226, 380, 440, 463, 548, 663, 715, primo 2, 24, 27, 596, nunc 20, Biblia Pisaurensia 1517, Munsteri bina hebraeo-latina 1534, 1546, Mantuana 1742, Prophetae Soncinenses 1486, Pisaurenses 1516, Pisaurenses alii 1520, ad marg. Biblia Ven. 1518, R. Nathan in *Concordantiis*, Kimchius et Abarbanel in eorum *Commentariis*. Conferatur Norzius, qui quamquam unum tantum codicem haberet legentem והמו, et ex editionibus solos Prophetas Pisaurenses 1520, maluit tamen hanc lectionem praeferre. Lxx המה, et והמה adhuc legit Kenn. 154, Syrus המיה.

X 1 להם *eis* — לכם *vobis*, Kenn. 101, 150, 195, 224, 250, nunc 99, ex mea collatione 421, mei 2, 3, 196, 512, 560, 576, 715, primo 210, nunc 187, Syrus, ac Talmud Hierosolymitanum. Placet Lilienthalio.

X 2 רעה *pastor*. Meus 186 ראה *inspector* cum nota marg. ס"א רעה. Lxx רפאה *sanatio*. V. 3 male in nonnullis mss. et antiquis editionibus ואת בית יהודה interposito ו.

XI 2 הבציר in textu multi, etiam hispani, Biblia Soncin. ac Brixiensia.

XI 5 ורעיהם *et pastores eorum* — ורעהם *et pastor eorum*, cod. mei 545, 596. Melius ob sing. verbum יחמול *parcet*, quod sequitur. Alii tertiam radicalem in *jod* mutatam agnoscunt et pro singulari communem lectionem habent. Idem ורעיהן — ורעיהם cum suff. foem. Kenn. 30, 67, 72, 101, 160, 195, 245, a me collati 243, 421, mei 27, 295, 576, 789, primo 226, 380, 512, ext. 1, 2, Biblia Pisaurensia, Complutensia, Prophetae Pisaurenses utriusque editionis, 1516, 1520, ad marg. Biblia Veneta 1518. Melius, quia sic in foemin. cetera nomina et suffixa hujus versus, quae tamen alii codices in masculina immutant. Sic pauci קוניהם, plures עליהם cum utraque editione Soncinensi, Brixiensi et Pisaurensibus omnibus. Quae codicum et editionum in hoc versu paucisque sibi succedentibus verbis inconstantia Norzii animum valde exagitavit. » קוניהן cum *nun*, inquit is, ומכריהן cum *nun*, ורעיהם cum *mem*, עליהן cum *nun*, sic reperi in plerisque cod. accuratis, sed varietates multas vidi in aliis libris, ita ut angustiata sit anima mea ob illas, et averterim faciem meam ab eis ».

Ib. ואעשר. Kenn. 96, ac primo meus 545 ועשר, Kenn. 153 ועשיר, meus 27 hisp. ועשיר ק׳. Nonnulli notant א redundare, plene alii majori numero ואעשיר.

XI 7 שני *duas*. Foem. שתי Kennicottiani quatuor, ex meis primo 305.

XI 8 בחלה *fastidivit*. Cod. meus 174 videtur primo legisse בהלה *neglexit*, quod Michaëlis de communi lectione dubitanti in mentem venerat. V. *Suppl. lex. heb.* p. 166.

XI 11 אתי *me*. Lectionem אתו *eum*, quam hic ad marg. innuunt Bibl. Bombergiana 1518, et in Appendice Basileensia 1536, pauci codices servant, sed contra fidem omnium veterum.

XI 13 מעליהם *desuper eis* — מעליכם *desuper vobis*, Kennic. 2, 17, 158,

201, primo 89, forte 23, nunc 99, 295, mei 2, 3, 174, 305, 512, primo 187, 226, 518, ad marginem ס״א מעליכם 319.

Ibid. אל היוצר 2° *ad figulum* — אל האוצר *in thesaurum*, Kenn. 530, et Syrus. R. Isaac Karaeus in *Chizuch emunà* p. 416 edit. Wagenselii in *Telis igneis Satanae* notat והיוצר כמו האוצר כי אותיות אה״וי מתחלפות hic vocabulum היוצר *esse sicut* האוצר, *quia litterae* אהוי *permutantur*.

Alii אל בית היוצר *ad domum figuli*. Sic Kenn. 590, seu Viennensis antiquissimus, primo 168, 251, nunc 30, primo meus 2, et Matthaeus XXVII 10. Conf. Kenn. *Diss. gen.* §. 49 p. 21. Lxx *ad conflatorium*.

XI 16 הנער *puerum*. Kennicottiani codices 21 והנער, ex meis quatuordecim, inter quos 4 hispanicus, et Prophetae Soncinenses. Duodecim alii Kennicottiani, ac mei tredecim, in quibus iterum 4, et Prophetae Sonc. והנצבה *et stantem*. Pro והנשברת meus 211 primo והנשבר.

XI 17 רעי *pastor meus* — רעה *pastor*, Kennic. 149, primo 4, 128, 251, quibus ex Lilienthalio *Comm. crit.* pag. 367 addendus est 224, seu Regiom. 2, et ex *Repert. or.* T. I p. 185 cod. 153 Tychsenianus. Concinunt ex meis 174, 226, primo 187, 575, 663, 667, forte primo 341, nunc ext. 1, Chaldaeus, Syrus, Vulg.

Idem רעי *pastor meus* — רעי *pastores*, codices mei 20, 295, 305, 319, 341, 380, 411, 413, 504, 554, primo 186, 512, nunc 196, Biblia Brixiensia, Antiqua sine anno, Veneta 1595, Veneta 1613, Veneta 1615, Veneta 1627, Amstelodamensia Menassè ben Israel 1635, Veneta 1635, Veneta 1647, Lxx et Arabs.

Ibid. עזב *derelictor* — עֹזְבֵי *derelictores*, codices mei 20, 26, 226, 295, 305, 319, 341, 380, 411, 504, 554, 579, primo 186, 413, Kenn. 224 apud Lilienthalium, 243 a me collatus, Biblia Soncin., Brixiensia, Antiqua sine anno, Veneta 1595, Veneta 1613, Veneta 1615, Ven. 1627, Amstelodamensia Menassè 1635, Veneta ejusdem anni, Veneta 1647, Prophetae Sulsbac. 1769, Lxx, Arabs.

XII 2 יהיה *erit* — תהיה foemin. Kenn. 17, 93, 96, 145, 160, 175, 180, 201, 206, 246, 602, primo 251, nunc 72, 150, 182, mei 4, 295, 346, 380, 463, 715, primo 2, 20, 211, 226, 663, nunc 440, 545, ad marg. Biblia Veneta 1518. Sed meus 346 notat ad marg. במוגה יהיה *in correcto codice legi* יהיה.

XII 5 אמצה *confirmabo* vel *robur* — אמצא *inveniam*, primo Kenn. 224, meus 554, Lxx, Chaldaeus, Arabs, sed Lxx et Arabs in plurali, Chaldaeus in 3 pers. pass. *inventa est*, et אָמצה per *kametz* breve legunt nonnulli codices.

Ibidem לי ישבי *mihi habitatores* — לישבי *habitatoribus*, Kennic. 361, forte 203, ac Targum. Conf. Dathe *Proph. min.* pag. 226. Omittunt לי Kennic. 206, 541.

II 7 בראשנה *in principio* — כבראשנה *sicut in principio*, Kennic. 17, 228, primo mei 2, 211, 380, Lxx, Syrus, Vulgatus, Arabs. Probat Dathius cit. l. Omittunt לא Kenn. 4, ac primo meus 211.

Ibid. ישב *habitatoris* — ישבי *habitatorum*, Kenn. 91, 149, 155, 160,

182, 601, mei 226, primo 20, 211, 596, ac versiones omnes.

XII 8 יושב *habitatorem* — יושבי *habitatores*, Kenn. 72, 154, 245, mei 226, primo 2, 20, 211, 663, ext. 1, Prophetae Soncinenses, ac versiones omnes. Melius ad contextus analogiam, quia sequitur plur. בהם. Ext. 1 pro בעד legit על.

Ibid. כמלאך *quasi angelus* — ומלאך *et angelus*, Kenn. 601, ad marg. Biblia Veneta 1518, in Appendice Basileensia 1536. V. 9 הבאים *venientes*. Cod. meus 319 ad marg. ס״א *alii libri* הצבאים *militantes*.

XII 10 ועל יושב *et super habitatorem* — ועל יושבי *et super habitatores*, Kenn. 1, 96, 102, 145, 150, 154, 155, 160, 168, 206, 224, 226, 309, 320, 601, primo 82, 297, ex mea collat. 475, mei 226, 440, 715, primo 20, 26, 211, 663, nunc 2, Prophetae Soncinenses, Rabboth, et omnes veteres. Cod. meus 575 hispanus ad marg. יושבי ק׳.

Ibid. והביטו אלי *et respicient ad me* — והביטו אליו *et respicient ad illum*. Sic Kenn. 23, 89, 93, 150, 160, 178, 180, 201, 225, 242 marg., 309, 319, 332, 342, 392, 420, 431, 452, 453, 467, 471, 474, 505, 506, 531, 541, 549, 587, 597, 601, 606, 607, 616, 637, 648, primo 204, 226, 428, forte 4, 168, 318, 342, 461, nunc 145, 158, 182, 243, 575, 613. Ex collatione, quam in h. l. institui italicorum codicum, Kenn. 420 ita legit ex prima manu, 467 ex secunda, 461 indubie, reliqui accurate producuntur. Accedunt ex meis 196, 346, 548, 596, 663, 715, primo 187, 782, nunc 1, 174, 305, 440, 545, ad marg. ס״א אליו 319, ex exteris a me collatis 20, sed cum אליו ק׳ ad marg., 40, primo 38, 41, 63, defective אלו 29. Alii exhibent ad marg. Keri אליו *lege ad illum*. Ita Kenn. 155, 210, 227, 251, 308, 359, 425, 476, 491, 540, 632, ex schedis meis 485, 530, ex meis 186, 210, ex ext. 1. Plures aetate sua, XIII videlicet seculo, codices extitisse qui legerent אליו, testis est gravissimus Raymundus Martini in *Pugione fidei* p. 411 edit. Lipsiensis, qui corruptae ob id Scripturae judaeos accusat. *In multis jam libris*, inquit, *istam corruperunt literam*. Hanc eandem lectionem judaeis eorumque codicibus exprobrat et Petrus Niger in *Stella Messiae*, cujus verba habes apud Wolfium *Biblioth. heb.* T. IV p. 543. Atque haec quidem de codd. mss., quorum miror ne unum quidem Norzium vidisse, qui vix innuit in Gemara ac Raschio legi אליו, contra ac habeatur in Bibliis.

Ex editis lectionem hanc sequitur Soncinensis Prophetarum editio princeps anni 1486, et ex judaicis scriptoribus complures, talmudistae in tractatu *Succà* cap. V fol. 52, Saadias in libro *Emunoth*, R. Parchon in ined. *Mechabbereth* ad rad. דקר, *En Israel* T. I p. 117 pag. versa edit. Venetae 1625, in eorum *Commentariis* R. Joseph Karà in cod. meo 255, R. Isaias in cod. meo 470, R. Aben Esra in Bibl. Ven. rabb. 1525, Jarchius in cod. meo 76, et apud Norz., Kimchius in cod. meo 79, et in edit. Sonc. 1486, ac Pisaurensi 1516, non in recentioribus, in quibus Kimchii textus ad hodiernam lectionem reformatus est. Nec porro solum in Com-

mentario sic legit Kimchius, sed et in *Libro radicum* in codice meo 738, et in primis quatuor editionibus hujus libri, quae apud me extant, Antiqua sine an. et loco omnium principe, Neapolitana 1490, Neapol. altera 1491, CPolitana 1513. Veneta 1547 et codex meus 721 habent אלי. Lipmannum citat etiam Carpzovius et Bohnius, ut legentem אליו in libro *Nizzachon* p. 144 editionis Hackspanii, sed falso. Etenim non modo communem is lectionem in hoc loco confirmat, sed et ea utitur ut christianos urgeat. » Dicendum, inquit, ei fuisset *et plangent super me*, ut dicere incoeperat *et respicient ad me* ». Hanc esse orientalium judaeorum lectionem testis est cod. Kenn. 296, ad marg. apposita nota לבדנחאי אליו.

Gravius est praesidium, quod ex auctoritate Johannis apostoli critici desumunt, qui Zachariae verba afferens cap. XIX 37 habet ὄψονται εἰς ὅν ἐξεκέντησαν *videbunt in quem transfixerunt*, et Apoc. I 7 iterum legit αὐτόν. Cum Johanne concinunt multi patres, graeci ac latini, Ignatius *Ep. ad Trall.*, Justinus *Apolog.*, Irenaeus lib. IV *adv. haereses*, Tertullianus *adv. Marcionem*, Cyprianus *Test.* lib. II, Lactantius *Div. instit.* lib. IV apud Starckium, Cyrillus apud Lambertum Bosium, Barnabas et Hyppolitus apud Menardum et Bohnium. Ex quibus evincit Starckius veram hanc olim fuisse graecorum interpretum lectionem. At patres quidem ex graeco aliquo interprete hic a LXX discrepante, vel ex Johanne ipso testimonium desumpserunt, sed unde Johannes, nisi ex hebraicis codicibus, in quibus legeretur אליו? » Johannes evangelista, inquit Hieronymus in h. l., qui de pectore Domini hausit sapientiam, hebraeus ex hebraeis, quem Salvator amabat plurimum, non magnopere curavit quid Graecae litterae continerent, sed verbum interpretatus e verbo est, ut in Hebraeo legerat ». Et Ep. LVII ad Pammach.: » Veniamus ad aliud ejusdem Zachariae testimonium, quod Johannes evangelista assumit juxta Hebraicam veritatem. *Videbunt in quem compunxerunt*, pro quo in LXX legimus καὶ ἐπιβλέψονται πρὸς μὲ ἀνθ᾽ ὧν ἐνωρχήσαντο, quod interpretati sunt latini *et aspicient ad me pro his quae illuserunt* sive *insultaverunt*. Discrepat evangelistae LXX interpretum nostraque translatio, et tamen sermonum varietas spiritus veritate concordat ». Idem graecus scholiasta codicis Barberini de hac lectionis diversitate sentit: » Notavimus apostolos in quibusdam locis hebraicum, non autem id quod in Vulgata habetur, posuisse ». Tandem huic lectioni favet contextus, in quo subditur וספדו עליו *et plangent super illo*, והמר עליו *et dolebunt super eo*. Tot sane testium ac Johannis potissimum auctoritate moti nonnulli recentiores critici lectionem אליו *ad eum* alteri praetulerunt. Inter hos Wisthonus in *An Essay towards restoring the true text of the old Test.*, Kennicottus *Diss. gen.* §. 65 p. 29, et §. 95 p. 47, Starckius *Dav. Carm.* T. I pag. 135. In hanc sententiam inclinare etiam videtur Bohnius *De restituendo codice hebraeo* p. 21, et Tychsenius in *Tentamine de var. heb. codd. generibus* p. 235. Alii scriptores rejiciunt אליו et hodiernam lectionem tuentur. Conferantur praeter Raymundum Martini et Petrum Nigrum supracitatis locis Carpzovius *Crit. sacr.*

p. 892, Dachs *Not. ad Succd* p. 436, et Dathe *Proph. minores* p. 227.

Si res ex auctoritate dirimitur, praeferendum אלי, quod non modo plerique ac meliores codices habent, sed et veteres omnes interpretes. Ita Lxx *πρὸς μέ* non in Vaticano solum, sed in reliquis omnibus codicibus. Veram Lxx interpretum leetionem eam esse quam exhibet codex Vaticanus, ubi nullum vestigium lecti אליו, testatur Hieronymus in h. l.. Idem graecum scholion ad marg. antiquissimi codicis Barberini, idem Syriaca versio hexaplaris ex Lxx hausta, quae eos ad amussim secuta legit ܘܢܚܘܪܘܢ ܠܘܬܝ ܚܠܦ ܗܢܘܢ ܕܪܩܕܘ. Theodotio habet et ipse *πρὸς μέ*, teste eodem scholio codicis Barberini et eadem versione Syro-hexaplari, in qua haec Theodotioni lectio tribuitur ܠܘܬܝ. ܒܗܘ ܕܒܙܥܘ. Chaldaeus מן קדמי *ante me*, Syrus tum in impresso textu, tum in vetustissimo codice Ambrosiano B 21 ܠܘܬܝ *ad me*. Ita Vulgatus, nec aliter Arabs, qui vertit الي. Non video ergo, quare inter testes alterius lectionis Syrum, Vulgatum et Arabem producat Starckius. Nec utrumque dici possunt legisse Aldinus interpres, Theodotio, et Syrus, qui subdunt *εἰς ὅν*, ܒܗܘ, ܒܡܢ Etenim haec respondent hebraico את אשר quo a prima persona fit transitus ad tertiam, *et aspicient ad me*, *ad eum videlicet quem transfixerunt*. Aquila et Symmachus, non dubito quin legerint et ipsi אלי. Codex Barberinus qui in nota hexaplari eorum discrepantias a Lxx sistit, testatur Aquilam legere *σὺν ᾧ ἐξεκέντησαν*, Theodotionem *ὃν ἐξεκέντησαν*, Symmachum *ἐμπρόσθεν ἐπεξεκέντησαν*. Supponit igitur in praecedenti *πρὸς μέ* eos a Lxx non discrepare. Id de Theodotione manifeste constat, cujus dimidiata in nota hexaplari illius codicis datur lectio, at integra in scholio quod subjicitur, ubi aperte extat *πρὸς μέ*. Ergo idem de Aquila et Symmacho dicendum est. Obiter nota Aquilam in codice Barberino diligenter in h. l. a me collato legere *σὺν ᾧ*, ac perperam Bohnium Lambertum Bosium accusare, quod male *σὺν ὅν* in *σὺν ᾧ* mutarit.

Quare autem Johannem conjiciant defendantque legisse אליו, ego equidem non perspicio. Nam proclivius erat lectioni Johannis conjicere eum neutrum legisse, unde Dathius Kennicotto reposuit in verbis Johannis nullum esse neque אליו, neque אלי indicium. Sed Apostolus, quae et doctissimi Calusii conjectura olim fuit, optime hodiernum אלי אשר legere potuit אֵלַי cum *tzere*, אלי אשר דקרו *ad quem transfixerunt*, quae ipsissima est ejus lectio. Tot enim extant in antiquis interpretibus et scriptoribus mutationis punctorum, sive diversae eorum lectionis exempla, ut nihil sit apud ipsos frequentius ac verosimilius. Multo autem facilius fuit a sacris criticis et librariis contextus analogiam sectantibus אלי mutari in אליו, quod bina sequentia עליו postulare videbantur, quam אליו in אלי, quod si Kennicottum ipsum audimus *Diss. gen.* pag. 29, contextui repugnat. Proniores etiam ad eam lectionem fingi debent judaei, quae sibi magis faveret, qualis est אליו, quam ad eam, ex qua Dei incarnatio ac Messiae divinitas contra eos ostenditur, qualis est communis אלי. Conf. Hackspan. *De usu libror. rabb.* p. 295. Ii ergo potius אלי in אליו mutassent,

ut mutasse accusantur a polemicis et antijudaicis nonnullis scriptoribus, quam אליו in אלי, ut eos accusat Starckius. At vero ego lectionem אליו ex contextus ut dixi analogia, eamque sectantibus scribis introductam opinor, non ex eorum malitia. Nam non modo plerique ac meliores codices ab hac corruptione immunes sunt, sed et ex tot scriptoribus antichristianis, quos legi ac magno numero possideo, ne unus quidem est, quod sciam, qui objicientibus christianis Zachariae prophetiam, respondeat Zachariae textum esse אליו, nullus qui vel solam opponat vel memoret, codicum varietatem. אלי aperte et sine ullo alterius lectionis indicio legunt praesertim acerrimi christianorum hostes Lipmannus in *Nizzachon* cit. l., R. Isaac in *Chizzuch emund* p. 303, 308, 309 edit. Wagenselii in *Telis igneis Satanae*, et Abarbanel in h. l., cum quibus plures alii judaeorum doctores consentiunt. Norzius candide fatetur אליו non esse lectionem sacri textus, ואין כן במקראות. Pro אלי Jalkut אל *ad*, teste Hackspanio cit. loc., qui receptam lectionem contra Socinum corruptae hic Scripturae judaeos accusantem defendit.

Ibid. את אשר *quem transfixerunt* — אל אשר *ad quem transfixerunt*. Ita R. Isaac Karaeus in cit. *Chizzuch emund*, seu *Munimine fidei* p. 303 ed. Wagenselii. At in editione Amstelodam. correctum את, et auctor ipse bis infra legit את. ואת *et quem* Kenn. 494, primo 206.

Ibid. דקרו *transfixerunt* — רקדו *saltaverunt*, vel *insultaverunt*, Kenn. 355, Lxx, Arabs. Ita transpositis litteris legisse Lxx jam notaverat Hieronymus. Vertunt enim κατωρχήσαντο. Cod. Barberinus antiquissimus et hexaplaris mendosam eorum lectionem emendat in ἐξεκέντησαν, quod legunt etiam Vaticanus 347, San Germanensis I, Johannes in Evangelio et in Apocalypsi, Aquila, Theodotio, Symmachus, Justinus, Theodoretus, aliique patres. Nonnulli utramque lectionem connectunt. Confer. Fabricy *Titres primitifs* T. I p. 246, Kennicottus *Diss. gen.* §. 70 p. 31, Nobilius *Schol.* in edit. Lxx, Capellus *Crit. sacr.* T. I pag. 140, et Vogelius *Not.* in h. l., cui Hieronymi conjectura minus arridet. Notat Starkius *Dav. Carm.* T. I p. 134 Vulgatam habere hodie *crucifixerunt*. Nescio, unde hoc hauserit, nam Sixtina ac Clementina utraque, antiquae et recentiores, quotquot prae manibus habeo, editiones, omnes legunt *confixerunt*, sicque codex meus 650. De ea Vulgatae discrepantia silent etiam Brugensis ac Bukentopius.

XII 11 הדדרמון *Adadrimon*. Addunt בן טברימון *filii Tabrimon*, Kenn. 4, 96, ad marg. 30, mei 211, 380, Talmud Babylonicum, ac Targum. Alii in nomine ipso legendo dissident. הדרימון *Adrimon* legunt Kenn. 30, 149, primo 4, mei 380, 440, primo 579, 663, idem defective הדרמון Kenn. 180, primo 176, mei 2, 319, 545, primo 3, 554, 789, nunc 27, הדררמון *Adarrimon* Kenn. 112, mei 26, 596, primo 187, nunc 782, Biblia Brixiensia, ac divisim הדר רמון *Adar-rimon* mei 4, 463 hispanici. Sic lat. versio Targum, sed mendose. הדרדמון *Adradimon* Kenn. 225, ac Vulgatus. Lxx et Arabs הרמון *malogranati*, Syrus המון *Amon*.

Ib. מגדון *Meghiddon*. Quidam מגדו *Meghiddo*, ex Kenn. 1, 4, 93, 145, 150, 201, 224 (primo), 225, 467 a me collatus, ex meis 20, primo 440, 545, 663. Ita Syrus, cui male, latina tantum versione inspecta, Targum addit Lilienthalius.

XIII 4 ולא ילבשו *et non induentur* — ולא ילבשו עוד *et non induentur ultra*, Kennic. 17, 112, 150, 155, 173, 182, 198, 226, 228, 246, 251, 253, nunc 180, 250, ex Lilienthalio nunc 224, mei 226, 380, 440, 663, 715, primo 2, 211, 579, nunc 174, 545, 554, Biblia Soncinensia, Brixiensia, Antiqua sine anno et loco, Prophetae Soncin. 1486, et Targum.

XIII 9 יהוה אלהי *Dominus Deus meus*. In Prophetis Soncinensibus et nonnullis utriusque collationis codicibus deest יהוה, in aliis deletum, sed legunt omnes veteres.

XIV 2. תשכבנה in textu multi, Prophetae Soncinenses, et utrumque Machazor sec. xv.

XIV 5 ונסתם גיא *Et fugietis ad vallem* — ונסתם *Et obturabitur vallis*, codices mei 264, 543, 596, ad marg. Bibl. Bombergiana utraque 1518, Lxx, Chaldaeus, Arabs, in Hexaplis Symmachus, ac *Reliqui* sic dicti graeci interpretes. Ita in Bibliis Halensibus codex Erfurtensis 3, et judaei orientales, variamque hanc lectionem aliorum codicum ac Jonathanis ad marg. referunt codices mei 211, 722, et Kenn. 564. » Jonathan vertens ויסתתים, inquit Norzius, videtur legisse *venistàm*, scripsitque sapiens Aben Esra ita legere omnes orientales, quod R. Elias Levita confirmat in correctione *Radicum*. Haec videtur quoque fuisse lectio R. Salomonis Jarchì, qui solam targumicam expositionem producit, Kimchius vero cum in *Commentario*, tum in *Libro radicum* allata Jonathanis interpretatione concludit sibi videri eum legisse *venistàm* in Niphal a rad. סתם, suntque qui ajunt sic reperiri in quibusdam accuratis codicibus, quorum nullum ego vidi. Hucusque Kimchius. Porro R. Azarias de Rubeis testatur in libro suo (*Meor enaim*) in parte קול אלהים in Graeca versione Lxx senioribus attributa exponi *nistàm* in sensu *absconsionis*, subditque lectionem hanc congruere verbis Jossifon. At nos recedere non possumus a masora, quam tradiderunt nobis patres nostri ». Ab ea recedere nostramque lectionem sequi non dubitat Dathius *Proph. min.* p. 229.

Ibid. כל קדשים *omnes sancti* — וכל *et omnes sancti*, Kenn. 1, 2, 17, 18, 23, 30, 72, 80, 93, 95, 96, 109, 136, 145, 149, 150, 153, 160, 170, 180, 182, 196, 206, 223, 224, 228, 245, 250, 251, 309, 355, 680, primo 82, 130, 141, 154, 172, 308, forte 82, 244, 290, nunc 125, mei 1 in Aphr., 4, 20, 61, 63, 196, 226, 230, 291, 341, 373, 380, 388, 411, 419, 420, 440, 442, 443, 486, 543, 545, 562, 585, 596, 663, 665, 721, 814, 824, 825, 893, 903, primo 1 in textu, 2, 11, 27, 210, 211, 262, 265, 463, 476, 674, 789, nunc 264, Machazor Soncinense 1486, Soncin. aliud sec. xv, Pisaurense sub in. sec. xvi, ac versiones omnes.

Ibid. קדשים *sancti* — קדשיו *sancti ejus*, primo meus 20, Syrus, Chaldaeus, Arabs.

Ibid. עמך *cum te* — עמו *cum eo*, Kenn. 17, 96, 136, 149, 150, 180, 196, 198 marg., 200, 206, 212, 248, 294, 348, 365, 366, 368, 369, 380, 390, 432, 471, 530, 536, 564, 575, 593, 597, 603, 608, 615, 616, primo 1, 224, 245, 250, 335, 588, forte 145, 309, 680, nunc 223, 325, mei 20, 440, 585, 596, 893, primo 211, 443, primo ext. 1, ac versiones omnes antiquae. Margo Kenn. cod. 198 ap. Bruns. *De var. lect. Kenn.* haec habet: ובספרים מדויקים ראיתי קדושיו עמו וכן נר׳ בעיני גם התרגום מורה עליו שהוא כן וכל קדישיה עימיה *In libris autem accuratis vidi* sancti ejus cum eo, *sicque videtur mihi esse legendum*, *quod et Targum evincit vertens* et omnes sancti ejus cum eo. Cum hoc critico ac Dathio cit. l. variam hanc lectionem veterum consensione confirmatam et nos communi anteponimus.

XIV 6. Plurimi וקפאון in textu, ex meis hisp. 26, 411, 535, 548, 560, 674, 850, 851, primo 23, 295, Biblia Soncinensia, Brixiensia, Antiqua sine anno, Complutensia, Prophetae Soncinenses, Pentateuchus antiquus in 4., Pragensis 1518, ac quatuor Machazorim, duo Soncin. sec. xv, Pisaur. in. sec. xvi, ac Bonon. 1541.

XIV 10 כערבה *quasi planities* — בערבה *in planitie*, Kenn. 110, 384, 680, primo 72, 76, 89, 95, 99, 128, 130, 150, 244, 245, forte 111, 136, mei 4, 20, 63, 230, 262, 384, 388, 419, 442, 443, 476, 535, 545, 554, 596, 674, 715, 814, 868, 893, 903, primo 11, 187, 440, 721, 850, videtur primo 211, nunc 562, Prophetae Soncinenses, Pentat. antiquus in 4. sine anno et loco, Machazor Sonc. 1486, Mach. alt. sec. xv.

Ibid. ומגדל *et turris*, vel *turrem* — וממגדל *et a turre*, Kenn. 30, 50, 93, 95, 96, 109, 110, 111, 128, 181, 223, 245, 251 marg., 253, 680, primo 384, forte 4, 107, mei 63, 233, 380, 388, 411, 443, 476, 486, 562, 579, 665, 740, 814, 850, 851, primo 211, 440, 674, nunc 226, nunc ext. 1, Biblia Soncinensia, Brixiensia a Kenn. omissa, Complutensia, Prophetae Soncinenses 1486, Pentateuchus antiquus in 4. sec. xv in Aphr., Machazor Soncinense 1486, Machaz. aliud sec. xv sine anno et loco, Hamburg. 1536, Vulgatus ac Syrus. Lectio melior, quam merito adoptat Dathe in *Proph. minor.* Alii ממגדל *a turre*, ut Kennic. 150, meus 20, 802, 903, primo 419, 585, 721.

XIV 11 וחרם *et anathema* — וחרב *et gladius*, Kennic. 109, 111, 150, 294, mei 388, 419, 562, 585, nunc 596. Targum קטלא *occisio*.

XIV 13 איש יד *unusquisque manum*. Multi בִּד, Kenn. 17, 30, 72, 89, 94, 95, 96, 107, 111, 128, 130, 136, 145, 149, 150, 153, 172, 175, 178, 181, 196, 223, 246, 294, 601, 602, 665, 680, primo 176, nunc 180, 201, primo 475 a me collatus, mei 240, 295, 346, 380, 388, 419, 440, 543, 585, 648, 662, 663, 665, 721, 740, 802, 893, 903, primo 211, 267, 486, 722, nunc 545, ext. 1.

XIV 15 יהיה *erit* — תהיה foem. Kennic. 2, 30, 80, 93, 96, 149, 150, 151, 196, 244, 246, 252,

384, 680, nunc 201, mei 211, 226, 260, 388, 440, 476, 554, 562, 789, 893, primo 2, 20, 543, 663, nunc 545, 585. Foem. nomen הבהמה, quod immediate praecedit.

XIV 18 ולא עליהם *nec super eis*. Kennic. 1, 80, 126, 536 omittunt ולא, nec legunt LXX, Syrus et Arabs. Kenn. 601, primo meus 20 לא עליהם sine nexu.

Ibid. הגוים *gentes* — כל הגוים *omnes gentes*, Kenn. 23, 30, 50, 82, 93, 94, 95, 109, 111, 112, 145, 150, 151, 155, 160, 170, 175, 178, 181, 182, 196, 201, 223, 224, 225, 226, 228, 246, 253, 294, 665, nunc 250, primo 375, seu Erfurtensis 5 ex Bibliis Halensibus, ex mea collatione 421, primo 475, mei 1 in Apht., 6, 7, 11, 23, 61, 63, 186, 197, 210, 233, 260, 262, 265, 267, 291, 341, 345, 373, 380, 388, 411, 413, 419, 420, 486, 543, 548, 579, 648, 662, 665, 715, 722, 740, 789, 802, 814, 825, 850, 868, 883, 893, 903, primo 187, 211, 721, nunc 442, 554, 585, 596, 667, ext. 1, 33, 63, primo 23, Biblia Soncinensia, Brixiensia, Antiqua sine anno, Prophetae Sonc. 1486, Pentateuchus Brixiensis 1492, Machaz. Soncinense 1486, Soncin. aliud sec. XV, Pisaurense sub in. sec. XVI, Hamburgense 1536, ad marg. Biblia Veneta 1518, LXX, Vulgatus, Arabs. Alii legunt כל העמים *omnes populos*. Sic Kennic. 136, 172, 173, 251, mei 20, 226, 440, 674, primo 2, 545, 663, solum העמים Pent. Prag. 1518.

V. 19. In nonnullis deest hic versus, sed legunt omnes versiones.

XIV 20 והיה *et erit* — והיו *et erunt*, primo meus 721, rectius, quia sequitur plur. הסירות. Defective מצלת multi cum Prophetis Soncin., quod in sing. vertunt omnes veteres. Pro יהיה Kenn. 201 תהיה.



MALACHIAS

Cap. I 9 זאת hoc — זאת לכם *hoc vobis*, Kenn. 150, 253, 384, primo mei 419, 579, 606, nunc 16, 667, Biblia Sonc. ac Brixiensia.

I 10 מי גם *Quis etiam* — כי גם *Quia etiam*, Kenn. 30, Lxx, Arabs. In nonnullis deest גם, quod non legunt Vulgatus ac Syrus. Sic Kennic. 151, 191, 198, primo meus 892. Kenn. 384 יסגור *claudat* sine ו, ut Lxx.

I 11 ומנחה *et oblatio* — מנחה *oblatio*, Kenn. 4, 18, 30, 93, 109, 129, 150, 196, 201, 245, 294, 384, item 475 a me coll., mei 20, 893, primo 2, 16, 262, 419, 547, 892, Vulg., Tanchumà ex ed. Mant. 1563. Alii ומגש, ut Vulg. ac Syrus.

I 12 מחללים אתו *prophanantes illud* — מחללים אתי *prophanantes me*, Kenn. 109, 196, primo 125, videtur 96, mei 197, 233, 262, 384, 419, 721, 825, primo 11, 20, 230, 248, 545, 594, 596, 851, videtur primo 16, אתו 291, 606, 614, sed 291 cum Keri אותי ad marg. Alios libros habere אותי notat 547. Ib. וניבו *et proventus ejus*. Deest in Kenn. 80, 384, forte 644, et in Syro.

I 13 ואת הפסח *et claudum* — את הפסח *claudum*, Kenn. 2, 3, 23, 50, 72, 76, 80, 82, 89, 95, 96, 100, 109, 136, 139, 150, 154, 155, 158, 160, 175, 178, 191, 196, 198, 201, 223, 224, 225, 227, 244, 245, 250, 251, 253, 294, 384, 601, 602, forte 94, nunc 168, mei 1 in textu, et in Aphtar., 2, 4, 6, 7, 11, 174, 186, 196, 197, 211, 226, 230, 233, 240, 248, 262, 264, 265, 266, 267, 291, 295, 304, 305, 341, 345, 384, 419, 440, 443, 476, 507, 512, 518, 543, 545, 548, 554, 562, 579, 592, 594, 596, 614, 656, 662, 715, 721, 722, 825, 868, 892, 893, primo 26, 187, 200, 851, nunc 16, 20, 486, 547, 667, 700, 789, Biblia Soncin., Brixiensia, Complutensia, Prophetae Soncinenses 1486, Pentateuchus Brixiensis 1492, CPolitanus 1505, Pragensis 1518, ac vetusti omnes interpretes praeter Syrum. Mei 380, 665 omittunt ואת. Ib. אתו. *Tikon sopherim*, seu *Correctio scribarum* אותי *me*. Conf. Jarchius in h. l., Norzius, Grabe et Kenn. in ***Addit. ad Diss. gen.*** p. 124. V. 14 לאדני. Multi ליהוה cum quibusdam antiquis editionibus, inter quas Soncinensis utraque, Brixiensis, Venetae 1518.

II 3 אליו *ad se* — אלי *ad me*, Kenn. 112, forte 82, meus 23 hisp. et accuratissimus, Biblia Pisaurensia et binae editiones Pisaur. Prophet. 1516, 1520. Lxx, Syrus et Arabs legerunt ואשא *et assumam*.

II 5 ואתנם *et dedi ea* — ואתן *et dedi*, Kenn. 129, meus 226, ac ver-

siones omnes. Conf. Dathe *Proph. min.* pag. 232.

II 9 לכל העם *omni populo* — לכל העמים *omnibus populis*, Kennic. 23, 30, 96, 180, 182, primo 250, forte 154, ex mea collat. 168, 226, 420, 431, 559, 562, mei 2, 20, 341, 380, 440, 715, primo 26, 545, nunc 186, exteri 19, 20, 23, 29, 38, primo 63, Biblia Pisaurensia, Prophetae posteriores Pisaurenses 1516, iidem ex repet. editione 1520, Lxx, Chaldaeus, Vulgatus, Arabs. Cum Lxx concinit Syrus hexaplaris ܒܟܠܗܘܢ ܥܡܡܐ. Pro לכל meus 545 primo בכל.

II 15 אל יבגד *ne praevaricetur* — אל תבגד *ne praevariceris*, Kennic. 145, 149, 182, 246, 366, 471, 576, 616, forte 175, mei 226, 305, 440, 715, primo 26, 211. Versiones omnes in 2 pers., ut contextus postulat.

III 5 ובנשבעים *et in jurantes* — ובנשבעים בשמי *et in jurantes per nomen meum*, Kenn. 4, 17, 23, 72, 96, 149, 173, 182, 224, 246, 249, 250, 602, nunc 252, ad calc. 201, ex mea collatione nunc 243, mei 226, 380, 440, 554, primo 2, 211, nunc 27, ext. 1, 23, Biblia Pisaur. 1517, Prophetae Pisaur. utrique 1516, 1520, ad marg. Biblia Bombergiana 1518, in Appendice Munsteriana 1536, Talmud Babylonicum, Lxx, eosque secuti Syrus hexaplaris et Arabs. Conf. Norzius, et *Spec. Pont. cod.* p. 59.

Ibid. ומטי *et pervertentes* — ומטה *et pervertentem*, Kenn. 126, 150, 253, primo 251, mei 226, 579, Biblia Sonc., ac Brixiensia a Kennic. omissa.

III 11 ישחת *corrumpet*, vel *perdet* — אשחית *corrumpam*, vel *perdam*, Kenn. 126, mei 26, 211, omnes prima manu, Lxx, et Arabs.

III 16 ספר *liber* — בספר *in libro*, Kenn. 150, 173, 198, 223, 226, forte 201, mei 341, primo 2, 20, 210, 230, 305, 440, 667, Talmud Babylonicum, ac Syrus. Kennic. 425 ad marg. Kerì בספר.

III 19 וכל עשה *et omnis faciens impietatem* — וכל עשי *et omnes facientes impietatem*, Kenn. 1, 2, 4, 17, 23, 29, 30, 89, 91, 93, 94, 96, 100, 101, 141, 154, 155, 158, 168, 172, 178, 180, 182, 201, 223, 224, 225, 228, 243, 245, 252, 253, 296, 297, primo 3, 24, 82, 173, nunc 198, ex mea collatione 243, 421, 549, primo 475, mei 1, 2, 3, 20, 23, 26, 186, 210, 230, 295, 304, 341, 346, 509, 518, 545, 554, 560, 575, 576, 667, 715, 893, primo 211, 305, 440, 824, nunc 187, ext. 1, 17, 18, primo 23, 103, Biblia Soncinensia, Brixiensia, Antiqua sine anno et loco, Veneta 1613, Ven. 1690, Prophetae Soncin. 1486, Pisaurenses 1516, Talmud Babyl., Lxx, Syrus, Chaldaeus, Vulgatus et Arabs. Ita etiam legit Kimchius in h. l., et R. Joseph Kara. Melius proculdubio, quia praecedit plur. זדים. Quidam לקש *in stipulam*. Versus hic est in Polyglottis ac nonnullis aliis editionibus v. I cap. IV. Ad היום Kenn. 226 a me collatus in h. l. notat ad marg. alios codices habere יהוה. Utrumque Arabs *Dies Domini*.

CANTICUM CANTICORUM

Cap. I 2 מנשיקות *osculis* — מנשיקת *osculo*. Sic defective Kennic. 80, mei 186, 562, 795, quod ad sing. numerum trahi potest, ut vertit Vulgatus, ac Graeca versio anonymi judaei codicis Veneti D. Marci a doctissimo Villoisonio Argentorati nuperrime edita. Ibid. דדיך *amores tui*. Nullus דַדיך *ubera tua* nec hic, nec v. 4, nec deinceps, ut Lxx, Vulgatus et Arabs.

I 4 נרוצה *curremus*. Lxx, Vulgatus et Arabs addunt *in odorem unguentorum tuorum*, sicque forte לריח שמניך olim Kenn. 213, qui habet נרוצה super abrasione dilatate rescriptum.

Ibid. דדיך *amores tuos* — דדך *amorem tuum*, Kenn. 153 et Syrus.

Ibid. מישרים *rectitudines*, vel *rectitudinibus*, *rectissime*. Multi defective משרים, quod legi potest in Hophal *recti*, ut Vulgatus. Syrus מ pro praefixa praepositione accipiens, legit *et prae rectis dilectionem tuam*.

I 5 כאהלי *sicut tabernacula* — באהלי *in tabernaculis*, cod. mei 379, 380, Biblia Brixiensia, ac Graeca versio codicis D. Marci ἐν ταῖς σκηναῖς. Nota tres editiones Brixienses Meghilloth esse distinguendas. Quae subjuncta est vero Pentateucho integr. Bibliorum, ea habet ב. Reliquae duae Pentat. 1492, et 1494, quae saepissime compactae reperiuntur cum integris Bibliis, habent כ.

I 6 תראני *respiciatis me* — תיראני *timeatis me*, Kenn. 1, 80, 152, 211, mei 304, 893, primo 34, 479. Praefert Doederlein *Scholia in libros poeticos V. T.* p. 192.

I 7 איכה תרביץ *ubi recubare facias* — ואיכה *et ubi recubare facias*, Kenn. 76, 77, 80, 93, 107, 129, 166, 177, 196, 198, 201, primo 125, mei 42, 198, 479, 586, 592, 737, 780, 824, primo 262, 265, 266, 379, 407, 440, 443, nunc 16, et Syrus.

Idem תרביץ *recubare facias* — תרבץ *recubes*. Ita defective Kenn. 77, 196, et Agiographa Neapolitana 1487, et in Kal versiones omnes, quotquot exprimunt, videlicet Lxx, Syrus, Vulgatus, Arabs. Ibid. שֶׁלמה per *segol* melius mss. nonnulli codices cum Neapolitanis Agiographis.

I 10 בתורים *inter ordines gemmarum*. Kenn. 178 כתורים *sicut ordines*. Lxx, Vulgatus, et Arabs *sicut turturis*. Praeferenda tamen lect. communis.

I 17 רחיטנו. In textu רהיטנו quamplures, etiam hispani, ut mei 196, 384, 414, 674, 851, item plures editiones, ut Biblia Sonc, Complutensia, Ven. 1563, Ven. 1570, Hutteri 1587, Amstelodamensia 1630, Ven. 12. 1635, Amstelodam. 1639, Veneta 1766, Pisana 1781, Pentateuchus antiquus in 4. sine anno et loco, CPolitanus 1522,

Venetus 4. 1548, Venetus 1551, Ripae Tridenti 1561, Ven. 1574, Mantuanus 1589, Ven. duo 1606, Amstelodam. 1696, Dyrenfurth. 1729, Ven. 1777, v Meghilloth Bonon. 1482 princeps editio, v Meghill. Ven. 1538, Machazor Hamburg. 1536, Bononiense 1541, Cantic. Sabionet. 1556, Cant. cum Comm. Ven. 1587, idem cum Comm. Venet. 1597, idem cum vers. hisp. Ven. 1655, et 1664. Capellus praefert Chediv, quod in binis meis codicibus hispanicis, 346, 535, est רחיטנו. Agiographa Neap. רהיתנו.

Idem רחיטנו *ambulacrum nostrum* — רהיטינו, vel רהטינו *ambulacra nostra*, Kenn. 120, 674, mei 57, 380, 405, 407, 590, 814, Pentateuchus Ferrariensis 1555. In plur. versiones omnes in Polyglottis et nova Graeca codicis D. Marci. Conf. Doederlein *Scholia in V. T.* p. 193, *Notae crit. in Cant.*, quae sub titulo *Auch etwas ubers Hohelied* editae sunt in *Repert. bibl. et or.* T. VII pag. 224, et Paulus *Uber das Hohelied* in *Repert. or.* T. XVII p. 138.

Ibid. ברותים *brutina*, *cypressina* — ברושים *abietum*, vel *abiegena*, Kennic. 442, 471, forte 95, 384, 593, primo meus 405, et idem esse ac ברושים, mutato ש in ת, scribit Aben Esra.

II 3 חמדתי in Kal legunt Agiographa Neapol. et Machazor Soncin. sec. XV sine anno.

II 4 ודגלו *et vexillum ejus* — ודגל *et vexillum erexit*, primo meus 264. Vulgatus et *ordinavit*, Aquila ἔταξεν. LXX, Syrus et Arabs pro verbo legerunt et ipsi, sed in plur. per *surek et disponite*, sicque per *surek*, ut hi interpretes, *et vexillum erigite*, vel *disponite*, aperte legit codex meus 407. Ita Symmachus ἐπισωρεύσατε. Confer. Capellus *Crit. sacr.* p. 531. Cod. meus 780 ורגלו *et vestigium ejus*.

II 11 הסתו *hyems*. Plures הסתיו, ac meus 379 valde antiquus הסתא chaldaici nominis forma chaldaica.

Ibid. הלך *abiit* — והלך *et abiit*, Kenn. 4, 17, 18, 30, 76, 93, 95, 117, 129, 136, 145, 147, 151, 187, 188, 201, 202, 212, 224, 244, 245, 248, 249, 335, 601, 602, 603, primo 107, mei 31, 32, 42, 198, 244, 378, 379, 405, 406, 407, 440, 495, 516, 543, 586, 592, 596, 614, 715, 730, primo 2, 16, 265, 380, 443, 466, 479, 486, 593, 597, 737, 754, ext. 31, Syrus, Vulg., Arabs, Graecus interpres codicis Veneti D. Marci, Targum cod. mei 31. Margo codicis mei 721 ס"א והלך.

II 12 עת *tempus* — ועת *et tempus*, Kennic. 4, 17, 18, 77, 80, 101, 107, 129, 136, 145, 147, 150, 170, 196, 199, 201, 202, 224, 244, 248, 335, 384, primo 125, nunc 151, mei 59, 230, 244, 266, 273, 378, 379, 380, 406, 407, 440, 443, 466, 476, 479, 495, 543, 562, 592, 597, 721, 730, primo 2, 10, 16, 196, 240, 486, 507, nunc 32, 248, 593, ext. 31, Chaldaeus, Arabs.

II 13 סמדר *uvae primae* — סמדד per *daleth* primo Kennic. 386, nunc meus 893, ac Biblia Brixiensia. Binae aliae editiones Brix. Meghilloth Pentat. 1492, 1494, habent סמדר. Cod. meus 893 primo וסמד.

II 14 השמיעני. Plene השמיעיני melius legunt plures, etiam hispan. prae-

stantioris notae, cujusmodi sunt ex meis 4, 196, 414, 518, primo 782, et editi, ut Pentateuchus antiquus sine anno, Mantuanus 1589, Venetus 1777, Machazor utrumque Soncin. sec. xv, Hamburgense 1536, Cantic. Sabion. 1556, Cant. cum Comm. Galiko Ven. 1587. Defective השמעיני Biblia Soncinensia. Vitiose hic השמיעני masc. legunt nonnullae editiones, inter quas Biblia Polyglotta Antwerpiensia, Polygl. Londinensia, Bibl. interlin. Pagnini 1571, Veneta 1613, Pentat. antiquus germanicus in fol., Venetus 1551.

Ibid. ומראך. Keri ומראך *et aspectus tuus* in textu exhibent ex Kennicottianis codicibus in integrum collatis quinquaginta quinque, quibus addendi 550, 553, ex meis septuaginta septem, videlicet 2, 10, 16, 31, 45, 57, 59, 187, 188, 193, 198, 218, 244, 260, 263, 273, 275, 297, 304, 331, 341, 380, 384, 405, 406, 414, 420, 442, 443, 447, 449, 466, 467, 476, 479, 486, 495, 499, 507, 516, 517, 535, 543, 561, 586, 593, 596, 606, 613, 614, 629, 630, 643, 667, 674, 688, 699, 715, 730, 737, 754, 780, 814, 824, 825, 851, 853, 899, 900, primo 518, 579, 585, 597, 633, 721, 782, 789, nunc 562, ext. 31, ex editis Biblia Soncinensia, Brixiensia, Veneta 1518 utraque, Veneta 1521, Veneta 1525-28, Veneta 1533, Munst. omnia, Roberti Stephani in 4., Hutteri 1587, Pentateuchus Brixiensis 1492, Brix. alter 1494, Antiquus in 4. sine anno, CPolitanus 1505, Pragensis 1518, CPol. 1522, Ferrariensis 1555, Mantuanus 1589, Machazor Soncin. 1486, Machazor aliud Sonc. sine anno sec. xv, Bononiense 1541, v Meghilloth Ven. 1538, Cant. Sabion. 1556, Cant. Venet. cum Com. Alscek. Alii ומראך cum punctis plur. lectionis. Sic meus 379, et Neapolit. Agiographa 1487, quae praeterea legunt נאוָה per *kametz*.

II 15 שעלים 2° *vulpes*. Abest a Kennic. 80, 145, 370, 442, primo a meo 379, a Lxx, Vulg. et Arabe.

Ibid. וכרמינו *et vineae nostrae* — וכרמנו *et vinea nostra*, Kenn. 77, 95, 107, 244, mei 31, 57, 186, 188, 262, 263, 332, 378, 384, 554, 562, 585, 606, 699, 715, 721, 893, primo 449, Canticum Sabion. 1556, idem cum Comm. Galiko Ven. 1587, ac Vulgatus. Iterum hic סמדד per ד habent Biblia Brixiensia, seu editio Meghill. cum iisdem curata. Binae aliae per ר. III 4 הורתי *genetricis meae*. Kenn. 129 הורדתי *deducam*.

III 6 כתימרות *sicut columnae*. Lxx Symmachus, Syrus, Vulgatus כתמרת in sing. *sicut columna*, sicque defective כתמרת Kenn. 18, 93, 107, 109, 188, 196, 201, 245, 248, mei 1, 230, 386, 407, 440, 467, 586, 593, 643, 795, primo 31. Aquila כתמונת *sicut similitudo*.

III 9. Plene אפיריון Kenn. 77, 117, 173, 196, mei 57, 405, 444, 586, 730, 893, Agiographa Neap. 1487, Cant. cum Comm. Gerson. Ripae Trid. 1560. Cod. meus 304 hispan. primo אפרון, 187 et ipse hisp. primo אפר יון.

IV 1 מהר גלעד *de monte Galaad* — מן הגלעד *de Galaad*, Kennic. 17, 147, 152, mei 467, 814, 892, primo 188, 265, 586, Lxx et Arabs. הגלעד multi, etiam hispanici accuratissimi, ut mei 518, primo 187, 851,

Pent. antiquus membr. in 4., Cant. Sabion. 1556. V. 2 בהם. Meus 721 בהן.

IV 5 הרעים *pascentium* — הרעה *pascentis*, Kenn. 110, Machazor Soncinense 1486, ac Machazor aliud sec. xv sine anno et loco.

IV 6 ואל גבעת *et ad collem*. *Vav* copul. omittunt Kenn. 2, 4, 14, 18, 82, 107, 117, 136, 146, 147, 151, 152, 158, 172, 180, 188, 196, 198, 201, 202, 212, 214, 248, 384, mei 31, 186, 196, 198, 248, 378, 379, 380, 406, 554, 586, 593, 596, 606, 614, 629, 715, 721, 730, 737, 786, 892, primo 1, 16, 262, 486, 597, 633, 688, 795, 851, ext. 31, Agiographa Neap. 1487.

IV 8 שׂניר per *sin* melius legunt codices quamplures sive mss., sive editi. Ex hispanicis mei 33, 187, 304, 346, 414, 518, 535, 674, 851, inter editos Biblia antiqua sine anno, et Pentat. Neapol. 1491. V. 9 multi באחת in textu, alii cum Neapol. Agiographis מצוארנך cum א inserto.

IV 12 גל *fons* — גן *hortus*, Kenn. 1, 17, 80, 121, 160, 166, 181, 227, 245, 309, 381, 390, 400, 403, 454, 487, 488, 489, 494, 510, 544, 606, 624, 639, primo 59, 152, 157, 158, 178, 181, 213, 218, 226, 248, 251, 369, 425, 431, 528, 617, 644, mei 57, 193, 198, 369, 593, 850, primo 10, 41, 188, 262, 265, 273, 379, 405, 447, 499, 543, 683, 851, nunc 715, videtur primo 554, ext. 118, Cantic. cum Comm. Ripae Trid. 1560, Lxx, Syrus, Vulgatus, Arabs, Graecus anonymus cod. D. Marci. Praefert Castellus *Lexicon heptagl.* col. 543. Cod. meus 380 notat גל esse גן.

IV 16 בשמיו *aromata ejus*. Codex meus 198 בשמים *aromata*, nullus בשמי *aromata mea*, ut Lxx, Syrus, Arabs et Coptus.

Ibid. לגנו *in hortum suum* — לגני *in hortum meum*, Kenn. 145, videtur primo meus 4, Machazor Soncinense 1486, Machazor aliud Sonc. sec. xv sine anno, cod. Alex. Lxx, cujus lectionem sequitur latina versio Lxx in Polyglottis edita.

V 2 שראשי. Irregulare *daghesc*, quod in ר conspicitur, quinquaginta tres et amplius ex meis codicibus non habent, inter quos hispanici nonnulli. Omittunt etiam multae editiones, Biblia Brixiensia, Antiqua sine an., Munsteri utraque hebraeo-lat., Ven. 1613, Veneta 1627, Veneta 12. 1635, Amstelodamensia 1635, Agiographa Neapol. 1487, Pentateuchus Brix. 1492, Brixiensis 1494, CPol. 1505, Pragensis 1518, Antiquus german. in folio, Ripae Tridenti 1561, Venetus 1567, Venetus 1597, Machaz. utrumque Soncinense sec. xv, Pisaurense, Hamburgense 1536, Bononiense 1541, v Meghilloth ex primaria editione Bononiensi 1482, v Meghilloth Venet. 1538, Psalt. Prov. Eccl. Cant. Paris. 1632, Canticum cum Comm. Galiko 1587, idem cum Comm. Alscek Ven. 1591, idem cum Comm. Laniado 1597.

V 4 המו עליו *commota sunt super eo* — המו עלי *commota sunt in me*, Kenn. codices 14, 17, 18, 30, 80, 89, 95, 117, 118, 125, 136, 139, 144, 147, 151, 152, 158, 160, 166, 168 (primo), 172, 173, 175, 178, 180, 187, 191, 196, 212,

213, 223, 224, 253, 294, 335, 384, 601, 602, 603, 674, forte 245, nunc 293, 665. Ex italicis codicibus Kennicottianis, quos omnes vel fere omnes hic examinavi, ex mea collatione supplendi triginta et unus, videlicet 188, 228, 240, 404, 428, 431, 432, 433, 437, 441, 468, 471, 474, 485, 488, 497, 511, 528, 531, 532, 535, 536, 540, 542, 552, 559, 561, 564, primo 242, 517, 521, ex meis octoginta novem, nempe 7, 10, 16, 33, 34, 35, 45, 57, 187, 188, 193, 196, 198, 209, 230, 244, 260, 266, 273, 297, 304, 341, 378, 379, 380, 384, 386, 405, 407, 414, 440, 442, 443, 444, 447, 466, 467, 476, 479, 486, 495, 516, 535, 543, 561, 562, 586, 592, 593, 597, 606, 613, 614, 629, 630, 643, 656, 674, 688, 721, 730, 737, 780, 786, 814, 824, 850, 853, 899, 900, primo 2, 3, 31, 240, 265, 343, 554, 579, 722, 754, 795, 851, 892, forte primo 576, nunc 42, 249, 264, 633, 789, ex exteris meae collationis in h. l. collatis 1, 15, 16, 17, 18, 19, 20, 23, 24, 28, 31, 33, 37, 38, 41, 42, 44, 50, 52, 59, 60, 61, 66, 79, 85, 89, 103, 104, 114, 118, 135, primo 14, 29, nunc 26, ex editis Biblia Brixiensia, Antiqua sine anno et loco, Veneta utraque anni 1518, Veneta 1521, Munsteri bina hebraeo-latina 1534, 1546, Roberti Stephani in 4., Hutteri 1587, Nisselii 1662, Pentateuchus Neapol. 1491, Brixiensis 1492, Brix. alter 1494, Antiquus german. in fol., Cremon. 1567, Agiographa Neapol. 1487, v Meghilloth Ven. 1538, Machazor Soncinense 1486, Machazor sine anno et loco, Pisaurense, Hamburgense 1536, Bononiense 1541, Canticum Basil. 1525, Cant. Sabion. 1556, Cant. Ven. 1655, Cant. Ven. 1664, R. Nathan in Concordantiis hebraicis, Medras Socher tov, et Jalkut apud Norzium, Jarchius tum in mss. meis codicibus et in duobus a Breithaupto memoratis, tum in Bibliis rabbinicis, Nachmanides in cod. meo 7, Gersonides in cod. meo 190, R. Tobias fil. Eliezer in ined. Commentario codicis mei 206, R. Immanuel in codice ext. 8, sed in cod. meo 577, qui ineditum sistit celebris hujus rabbini Comm. in Cant., legit עליו. Denique docti judaei auctores hispanicae Bibliorum versionis, quae Ferrariae excusa est anno 1553, codices prae oculis habuerunt legentes עלי, nam vertunt *entre mi*. Quod novae editiones Amstelodamenses retinuere, non excepta quae ex emendatione Cazeres prodiit anno 1661. At vero antiquae omnes versiones legunt עליו *super eum*. Codex meus 722 notat ad marg. *in libro correcto et hispanico* legi עליו, quod et de hispanicis codicibus testatur codex 7, ostenditque Hillelianus 413. Toletanus 782 anni 1277 probat ad marginem hanc lectionem יפה *egregie* עליו. Hinc non male monet Norzius ita legere mss. codices accuratiores, וכן הוא בספרים כ״י המדוקדקים. Digna quae hic referantur verba R. Salomonis f. Alkabetz in suo Commentario, quod אילת אהבים inscripsit, Venetiis edito 1552 pag. 43.
וחייב אני להודיע צערי לרבים כי מצאתי פי
כופרים ופי ספרים מטעים בפסוק הזה כי
ברוב הספרים כתוב ומעי המו עלי ביוד ובבר
ראה מי שפירשוהו כנוסח זה כי לא אגלה

ערותו בקהל אמרתי לגלו׳ אזן שמעת דברי לכל תטעה גם היא כי הגרס׳ האמתית ומעי המו עליו בויו ר״ל בעבורו : » Debeo autem palam testari dolorem meum, quod repererim scribas et codices aberrantes in hoc versu. In plerisque namque libris scriptum est ***et viscera mea commota sunt*** עלי cum *jod in me*, jamque vides qui illud exposuerit juxta lectionem hanc, quia ego non revelabo turpitudinem ejus publice. Loquor ut hoc revelem auri audienti verba mea, ne et ipsa erret, nam vera lectio est ***et viscera mea commota sunt super eo***, idest propter eum ». In tanto ergo codicum aliter legentium apparatu retinendum עליו.

V 13 כערוגת *ut areola* — כערונת *ut areolae*, cod. mei 304, 384, 597, 715, 900, primo 265, 407, nunc 518, Kenn. 223, seu Regiom. 1 ex Lilienth. p. 119, Lxx, Aquila, Vulgatus. Bini ex allatis 407, 900, plene etiam legunt כערוגות. Multi לחיו.

V 14 בתרשיש *in Tarsis* — כתרשיש *sicut Tarsis*, Kennic. 30, 109, mei 178, 379, 405, 406, 407, 442, 443, 495, 562, 586, 592, 715, 721, 737, 780, primo 16, 262, 265, 440, nunc 188, Machazor Soncinense 1486, Machazor alterum sec. xv sine anno et loco.

VI 2 לערוגות *ad areolas* — לערוגת *ad areolam*, cod. mei 10, 16, 32, 42, 218, 378, 379, 384, 407, 420, 444, 447, 466, 467, 495, 518, 543, 554, 562, 597, 606, 614, 643, 688, 715, 730, 780, 814, 900, primo 304, 479, nunc 593, Agiographa Neapolitana, utrumque Machazor Soncinense sec. xv, et Vulgatus. Utrumque punct. meus 248. Defective לערגת plures sive mss., sive editi.

VI 5 שערך *pilus tuus*. In plur. שעריך *pili*, vel *capilli tui*, Kennic. 77, 244, primo meus 10, Vulgatus et Arabs.

VI 9 ויאשרוה *et beatam dixerunt illam*. Cod. meus 380 primo ואשרוה in praet., qua lectione generis enallage devitatur, quia praecedit foem. בנות.

VI 12 עמי נדיב *populi mei munifici* — עמינדב ***Aminadab***, Kenn. 17, 30, 77, 152, mei 198, 262, 379, 407, 443, 586, 721, 892, 893, primo 10, 31, 32, 230, 683, 737, 872, Machazor Hamburgense 1536, Lxx, Vulgatus, Arabs. Ita, sed duobus verbis, עמי נדב K. 129, 151, Agiographa Neapolitana. Nota quinque ex productis meis codicibus, 379, 407, 443, 893, primo 721, Agiographa Neapolitana, et Machazor Hamburgense legere etiam sub ד ***kametz***, ut scribitur nomen proprium Aminadab. Codex meus 592 עמינדיב utraque lectione conjuncta. Uno verbo עמינדיב multi, inter quos mei hispanici 33, 187, 304, 518, 851, et Hillelianus 413, et editiones nonnullae. Emendandae hic Kenn. notae, quae post relatos codices 17, 30 ad eos qui legunt conjunctim עמינדב, eos iterum producunt inter illos qui separatim habent עמי נדב.

VII 1 השולמית ***Sulamitis*** — השונמית *Sunamitis*, Kenn. 514 ad marg., Lxx, et Arabs. Plures defect. השלמית.

Ibid. כמחלת *sicut chorum* — במחולת *in choro*, Kenn. 30, 129, 144, 150, 160, 224, 244, 384, 601, primo 553 a me collatus, mei 2, 16, 31, 32, 34, 42, 198, 230, 244, 297, 378, 405, 444, 466, 486, 507, 543, 561, 562, 585, 586, 593,

596, 630, 656, 674, 688, 715, 721, 780, 786, 795, 892, primo 265, 499, 592, 683, 737, primo ext. 1, 59, 61, 118, Biblia Brixiensia a Kenn. omissa, Biblia Ven. 1613, Veneta 1615, Pentateuchus Brixiensis 1494, Pragensis 1518, Dyrenfurthensis 1729, Machazor Soncin. sine anno sec. xv, Pisaurense sine anno in. sec. xvI, Hamburgense 1536, v Meghilloth Ven. 1538, Canticum cum Comm. Alscek 1591, Concordantiae hebr. R. Nathan, et Symmachus. Placet Lilienthalio *Comm. crit.* p. 346. Cod. meus 440 primo כמחולות *sicut choros* in plur. ut Lxx ac Vulgatus, 479 primo במחולות *in choris*, sicque 495, sed defective.

VII 6 אסור *ligatus* vel *ligati*. Codex meus 16 primo אשר, ut forsan primitus scriptum fuisse conjicit Doederlein *Schol. in V. T.* p. 199. Cod. meus 7 legit ברהטים cum *cateph kametz* sub ר, notatque ad marg. sic esse *in codice R. Judae Parisiensis*.

VII 10 לדודי *dilecto meo* — דודי *dilectus meus*, Kenn. 109, 191, 501, primo meus 31. Deest in Kenn. 715.

VIII 1 יבוזו לי *despiciant me* — יבוזו לך *despiciant te*, Kennic. 196, 342, mei 57, 297, 449, Bibl. Ven. 1518 utraque, et Agiographa Venet. in 24. לו habent mei 737, primo 795.

VIII 2 רמני *mali granati mei* — רמנים, vel plene רמונים *malorum granatorum*, Kenn. 17, 77, 136, 150, 152, 170, 180, 227, 309, 325, 338, 342, 379, 390, 400, 403, 418, 431, 432, 476, 485, 488, 536, 564, 586, 587, 590, 598, 602, 610, 644, primo 191, 196, 355, 384, 433, 618, forte 2, 99, mei 407, 467, 586, primo 263, 899, ext. 50, ad marg. נים ק', *lege* רמנים, meus 872. Ita Targum, ceteri interpretes רמני *malorum granatorum meorum*.

VIII 3 ראשי *capite meo*. Triginta quinque codices Kennic. לראשי cum ל praefixo, ex meis sexaginta sex, videlicet 3, 10, 16, 45, 59, 230, 244, 260, 273, 297, 332, 369, 378, 380, 406, 407, 444, 447, 449, 467, 476, 486, 495, 507, 516, 518, 547, 562, 586, 590, 630, 643, 715, 730, 780, 786, 814, 853, 892, 900, primo 2, 32, 34, 42, 262, 263, 405, 443, 466, 479, 543, 585, 597, 613, 633, 656, 782, 795, nunc 1, 196, 249, 262, 593, 614, 688, 699, et utrumque Machaz. Sonc. sec. xv.

VIII 4 בנות ירושלם *filiae Jerusalem*. Addunt בצבאות או באילות השדה *per capreas*, vel *cervas agri*, Kennic. 236, 240, 335, 552, ad marg. 77, ms. Alex. Lxx, et Arabs, sed aliam horum verborum significationem secuti. Cod. Vatic. Lxx addit solum באילות השדה *in viribus agri*. Desumpta videntur ex cap. II 7.

Ibid. מה תעירו ומה תעררו *quare suscitabitis*, *et cur evigilare facietis* — אם תעירו ואם תעררו *si suscitabitis*, *et si evigilare facietis*, Kenn. 236, 437, primo meus 782 Toletanus, Lxx, Syrus et Arabs. Vulgatus *ne suscitetis*, *neque evigilare faciatis*.

VIII 5 שמה חבלה *ibi parturiit* — ושמה *ibique parturiit*, Kennic. 2, 17, 18, 50, 77, 80, 93, 95, 100, 101, 108, 109, 110, 117, 118, 120, 121, 125, 144, 145, 147, 172, 175, 180, 196, 198, 199, 201, 218, 224, 226, 227, 228,

244, 245, 248, 384, primo 3, 141, ex mea collatione 552, 553, mei 1, 4, 10, 16, 45, 59, 193, 196, 198, 248, 260, 262, 266, 273, 331, 332, 364, 369, 378, 380, 407, 414, 443, 447, 449, 466, 467, 476, 486, 490, 495, 507, 509, 516, 543, 586, 590, 593, 633, 677, 699, 715, 730, 814, 824, 845, 872, 899, 890, primo 41, 186, 230, 265, 343, 405, 554, 597, 613, 656, 688, 851, nunc 379, 606, 674, 892, ext. 31, 33, 59, 60, 61, 62, 114, 117, 118, 135, princeps editio hujus libri in Megh. Bonon. 1482, Agiogr. Neap. 1487, Machaz. Sonc. sec. xv sine an. Ad marg. ושמה ק׳ cod. meus 319.

VIII 6 שלהבתיה *flamma Domini*, vel *maxima*. Vox unica juxta Ben Ascer ac masorethas. Duobus verbis, ut mavult Aben Esra, שלהבת יה, legunt Ken. codices centum et tredecim, mei centum et unus. Kennicottianis addantur 550, 552, 553 a me collati. Plerique germanici et italici, pauciores hispanici, inter quos mei 4, 193, 209, 275, 346, 384, 414, 535, 576, 674, primo 304, 782, et Hillelianus 413. Ex editionibus sic Bibl. Soncinensia, Brixiensia, Ven. 1518, Munsteri bina, 1534, 1546, Hutteriana 1587, Veneta 1613, Veneta minora 1615, Amstelodamensia 1630, Veneta Lombrosi 1639, Nissel. 1662, Amstelodamensia Torresii 1705, Simonis 1752, Pentateuchus Neapolitan. 1491, Brixiensis 1492, Brix. 1494, Antiquus membr. in 4. sine anno et loco, CPolitanus 1505, Antiquus german. in fol., CPol. 1522, Ferrar. 1555, Amstelodamensis 1696, Amstelod. 1700, Amstel. 1712, Dyrenfurthensis 1729, Amstelod. 1756, Veneti 1776, Agiographa Neapol. 1487, Agiogr. Veneta 1538, v Meghilloth Bonon. 1482, Machazor utrumque Soncin. sec. xv, Machazor Pisaurense in. sec. xvI, Hamburgense 1536, Bonon. 1541, Psal. Prov. Eccle. Cant. Paris. 1632, Cant. Sabion. 1556, Cantic. Ven. cum vers. hisp. 1655, idem Ven. 1664. Codex meus 722 notat ad marg. *In hisp. cod. una dictio*. In multis mss. et editionibus deest *mappik* in ה postremo. Lxx conjunctim legerunt, et יה pro suffixo interpretati sunt. Lexicographi omnes, aut fere omnes illud pro divino nomine habent ad auxesim addito, ut מאפליה. Conf. Aben Melech.

VIII 11 בבעל המון *in Baal Hamon*, vel *multitudinis*, ut appellative alii interpretantur. Codex meus 596 primo בבעל אמון *in Baal Amonis*, quae Michaëlis conjectura est *Suppl. ad lex. heb.* p. 202. » Mihi quidem, si בעל המון Heliopolis ad Libanum, memori numen ea in urbe cultum Aegyptium fuisse, sacra Aegyptia Heliopoli Aegypti tralatitia, המון Jovis hic Ammonis nomen esse videtur, quod non אמון solum Nah. III 8, sed forte et המון scribitur Ezechiel. xxx 15 *exscindam* המון נא *Ammonem Thebarum* ». Plene יביא innumeri codices cum Bibliis Soncinensibus et Antiquis sine anno et loco.

Ibid. בפריו *pro fructu ejus* — פריו *fructum ejus*, Kenn. 370, Biblia Brixiensia, ac Pent. Brix. 1494. Pentat. Brix. 1492 legit ב praefixum.

R U T H

Cap. I 1 בשדי *in agris* — בשדה *in agro*, Kenn. 14, 17, 18, 19, 47, 48, 100, 107, 108, 118, 119, 121, 128, 129, 136, 158, 166, 167, 178, 199, 200, 201, 212, 218, 223, 228, 253, 601, 602, primo 2, 3, 67, 82, 95, 139, 141, 150, 244, 384, 600, forte 117, 152, Kenn. a me collati 431, 433, 474, 519, 550, 559, 561, 564, mei 1, 10, 16, 31, 32, 45, 193, 196, 198, 209, 218, 260, 273, 304, 341, 379, 380, 384, 405, 407, 414, 420, 443, 444, 447, 449, 466, 476, 479, 490, 495, 509, 518, 535, 547, 562, 585, 586, 592, 596, 606, 613, 614, 629, 630, 667, 674, 677, 683, 688, 721, 737, 780, 795, 814, 824, 851, 900, primo 2, 11, 186, 230, 240, 265, 297, 400, 499, 554, 579, 656, 754, 872, nunc 41, ext. 1, 18, 24, 28, 31, 39, 40, 44, 50, 52, 57, 59, 61, 62, 85, 104, 118, 135, primo 42, Biblia Soncinensia, Biblia Brixiensia, seu vera editio Meghilloth integrorum Bibliorum, nam binae aliae 1492, 1494, legunt בשדי, Pentateuchus Neapolitanus 1491, Pentat. antiquus membr. in 4. sine anno et loco, Prag. 1518, Agiographa Neapol. 1487, Machazor Soncinense 1486, Ruth in ordine precum Karraitico Ven. 1529, R. Salom. ben Melech Comm. in h. l. ex edit. CPolitana, et antiquae omnes versiones.

I 2 שדי *in agros* — שדה *in agrum*, Kenn. 14, 18, 19, 107, 136, 180, 199, primo 384, mei 10, 31, 193, 260, 297, 384, 405, 414, 420, 443, 444, 486, 495, 507, 517, 547, 562, 586, 606, 630, 795, 814, primo 198, 265, 499, 554, 754, nunc 41, 379, ext. 61, 62, 135, utrumque Machazor Soncin. sec. xv, et veteres omnes interpretes. Pro more tamen discrepat Chaldaeus in mss. et Targum cod. mei 31 legit in plur. עד חקלי. Pauci pro ויהיו legunt וישבו *et habitaverunt*.

I 6 משדי *ab agris* — משדה *ab agro*, Kenn. 19, 47, 48, 107, 109, 117, 121, 144, 191, 196, 199, 200, primo 180, mei 10, 209, 273, 297, 331, 384, 405, 420, 486, 507, 562, 586, 606, 629, 630, 688, 780, 814, 851, 868, 900, primo 186, 198, 479, 499, 579, 795, nunc 41, ext. 61, 135, Biblia Brixiensia, seu vera eorumdem editio Meghilloth, et omnes versiones. Graecus interpres Venetus D. Marci καὶ ἐκαθέσθη ἐν τοῖς ἀγροῖς, mendose legens ותשב בשדי. Contra nonnulli codices pro sequenti בשדה legunt in plural. בשדי *in agris*. Ita utrumque Machazor Soncin. sec. xv. V. 7 ותלכנה בדרך לשוב אל ארץ יהודה *et abierunt via ad redeundum ad*

terram Juda. Illud singulare abesse haec verba ab omnibus Targumim a judaeis impressis, sive antiquis, sive recentioribus, item a Polyglottis Parisiensibus ac Londinensibus. Supplenda ergo haec lacuna ex duobus meis codicibus, 31, 737, et ex Bibliis Polyglottis Antwerpiens., quae recte addunt ומהלכן בארחא למיתב לארע יהודה.

I 8 עשיתם *fecistis* — עשיתן foem. Kenn. 18, Machazor Soncin. sine anno sec. xv, analogia.

I 9 בית *domo*. Sex codices Kennicott. לבית, et totidem mei, 16, 379, 449, 586, primo 240, 795. בבית melius Kenn. 384, et meus 384 hispanicus. Pauci לכן foem.

I 11 לכם *vobis* — לכן Kenn. 454, primo 538, 643.

I 12 לכן *ite*. Cod. meus 379 primo, ut videtur, לָכֶן *vobis*. Lxx et Syrus, quos sequitur Arabs, qui vocabulum hoc non vertunt, vel illud non legerunt in suis exemplaribus, vel legerunt pro pronomine. V. 14 multi ותשאנה cum א, sed nullus servat additamentum Lxx et Vulgati, de quo Capellus *Crit. sacr.* p. 695.

I 19 שתיהם *ambae illae* — שתיהן cum suff. foem., Kenn. 18, 48, 76, 95, 99, 107, 109, 121, 125, 146, 158, 166, 176, 187, 188, 196, 199, 201, 202, 206, 210, 212, 220, 226, 237, 239, 244, 248, 303, 309, 325, 329, 332, 335, 338, 342, 348, 355, 365, 370, 379, 383, 388, 390, 400, 417, 431, 432, 437, 440, 449, 468, 476, 485, 488, 495, 501, 505, 507, 511, 512, 528, 530, 531, 532, 538, 540, 544, 562, 564, 567, 585, 586, 588, 594, 598, 600, 601, 602, 603, 610, 611, 612, 613, 617, 618, 642, 643, 674, primo 82, 117, 158, 171, 173, 245, 252, 301, 306, 358, 362, 368, 384, forte 152, 404, 606, nunc 198, mei 2, 4, 10, 16, 31, 186, 196, 230, 248, 260, 273, 275, 304, 332, 379, 380, 443, 449, 466, 479, 486, 495, 517, 543, 561, 562, 585, 586, 596, 606, 614, 667, 721, 795, 814, 824, 825, 851, 892, 899, 900, primo 198, 405, 554, 597, 633, 737, 789, 872, nunc 850, ext. 1, 24, 26, 28, 50, 61, 62, 114, 118, 135, Pentateuchus antiquus memb. in 4., Machazor Soncinense 1486, Sonc. alterum sec. xv, Ruth in Comp. Karraitico jud. precum 1529. Kennicottianis adde 296 ex Brunsio *De var. lect. Kenn.* Pauciores alii generis enallagem continuantes in seq. עליהן, legunt עליהם. Sic Kennicottiani tres, et novem mei, videlicet 42, 273, 543, 606, 780, 814, 872, 893, primo 597.

I 20 מרא *amaram*. Melius multi מרה, ex Kennicottianis novemdecim, ex meis triginta et novem, idest 1, 10, 16, 31, 260, 304, 332, 379, 384, 405, 407, 420, 447, 467, 495, 507, 585, 606, 629, 667, 688, 780, 814, 825, 892, 899, 900, primo 198, 262, 265, 380, 414, 440, 443, 479, 596, 633, 737, 795, ext. 1, Agiographa Neap. 1487, Pent. Ferrariensis 1555, utrumque Machazor Soncinense, ac Rabboth.

I 22 משדי *ab agris* — משדה *ab agro*, Kenn. 19, 89, 99, 107, 121, 125, 167, 188, 201, 223, 251, primo 384, mei 10, 16, 35, 260, 297, 405, 486, 495, 518, 562,

586, 606, 737, 780, 814, 868, primo 186, 440, 499, ext. 61, 118, 135, primo 103, Biblia Brix., Veneta 1518 in folio et 4., Pentateuchus Neapol. 1491, Brixiensis 1492, Brix. alter 1494, Antiquus german. in fol., Agiographa Neapolit. 1487, Machazor Soncinense 1486, Ruth Paris. 1520, versiones omnes. Ib. בית. Codex meus 782 hisp. primo בבית.

II 6 משדי *ab agris* — משדה *ab agro*, Kenn. 14, 31, 48, 50, 76, 100, 107, 109, 118, 121, 157, 177, 192, 198, 218, 223, 224, 237, 253, 600, 674, primo 201, 384, mei 16, 198, 297, 379, 380, 405, 443, 486, 518, 535, 562, 586, 596, 597, 667, 721, 780, 814, 900, primo 265, 440, 795, ext. 24, 28, Biblia Soncinensia, Brixiensia, Veneta 1518 ad marg., Pentateuchus Neapol. 1491, Brix. 1492, Brixiensis 1494, Antiquus membr. in 4., Pragensis 1518, Agiographa Neap. 1487, Machazor Soncinense 1486, Pisaurense in. sec. XVI, Ruth in Machazor Karraitico 1529, ac versiones omnes, etiam Graeca codicis Veneti divi Marci.

II 7 אלקטה נא *colligam*, *obsecro*. Cod. meus 379 ex prima manu, omisso נא, addebat בשבלים *spicas*, ut Vulgatus.

II 8 תעבורי per *cholem* mei 606, 715, Pentateuchus Neapolit. 1491, et utrumque Machazor Soncinense.

II 11 כל אשר *omne quod* — את אשר *id quod*, Kenn. 136, 201, primo meus 543, primo ext. 26, Syrus, Chaldaeus et Arabs. V. 16 pro תגערו quidam תגרעו, transpositis litteris, *diminuetis*.

II 18 ותרא חמותה *et vidit socrus ejus* — ותרא את חמותה *et ostendit socrui suae*, Kennic. 18, 109, Syrus, Vulgatus, Arabs. V. Capell. *Crit. sacr.* p. 869, et Scharfenberg. in h. l. Ibid. אל העיר ext. 50.

